DE GRUYTER

Archimedes

ARCHIMEDIS OPERA OMNIA

Johan Ludvig Heiberg (Ed.)

VOLUMEN I

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA (BT)

DE
G

ARCHIMEDIS

OPERA OMNIA

CVM COMMENTARIIS EVTOCII

ITERVM EDIDIT

IOHAN LVDVIG HEIBERG

CORRIGENDA ADIECIT

EVANGELOS S. STAMATIS

VOL. I

EDITIO STEREOTYPA EDITIONIS
ANNI MCMX

STVTGARDIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMLXXII

ISBN 3-519-01062-3

Printed in Germany
Druck: Julius Beltz, Weinheim a. d. B.

I. N. MADVIGIO

VIRO DOCTISSIMO CLARISSIMO HUMANISSIMO
PRIOREM EDITIONEM ANTE HOS XXX ANNOS MISIT,

MANIBUS SUMMI VIRI

HANC NOVAM DEDICAT

EDITOR DISCIPULUS

PRAEFATIO.

Editionem meam Archimedis, quae prodiit annis MDCCCLXXX et LXXXI, iam diu recudere desiderabam, cum quia nouum adcesserat subsidium criticum interpretatio Guilelmi de Moerbeka a Valentino Rose u. d. reperta (u. Deutsche Litteraturzeitung 1884 p. 210 sqq.), tum quia iudicio maturato defectus illius operis iuuenilis reparare me posse putabam. quare adsentiente bibliopola annis MDCCCCIII et IV Romae, Venetiis, Mediolani, Parisiis et interpretationem Guilelmi contuleram et cetera, quae nouae editioni utilia esse poterant, collegeram, cum ab Hermanno Schoene u. d. de codice Hierosolymitano rescripto 355 (u. Papadopulos Kerameus, Ἱεροσολυμ. βιβλιοθ. IV p. 329) admonitus sum. quem codicem cum ex frustulis in catalogo adlatis Archimedem continere intellexissem, aestate anni MDCCCCVI Constantinopolim me contuli ad eum examinandum. quo facto cum summo stupore cognoui, codicem non modo partes haud exiguas librorum de sphaera et cylindro, de dimensione circuli, de spiralibus, de planorum aequilibriis praebere, sed etiam ignota quaedam (u. Hermes XLII p. 238), ita ut editio noua operum Archimedis non iam optabilis sed prorsus necessaria uideretur. noua illa in uolumine secundo edentur.

In hac editione paranda his subsidiis usus sum:

A = cod. Georgii Vallae, qui interiit ille quidem, sed satis certo restitui potest ex codicibus DEGH.

B = cod. Ottobon. lat. 1850, autographus Guilelmi de Moerbeka, cuius interpretatio ad uerbum Graeca sequitur. contuli Romae a. MDCCCCIV.

B^2= eiusdem codicis corrector saeculi XV.

𝕭 = eiusdem codicis pars ex alio codice Graeco desumpta.

C = cod. rescriptus Metochii Constantinopolitani S. Sepulchri monasterii Hierosolymitani 355 saec. X. contuli partim Constantinopoli a. MDCCCCVI partim Hauniae lucis ope expressum; codicem ipsum rursus inspexi a. MDCCCCVIII. litteras incertas uncis ( ) inclusi; (C) significat, codicem adesse illum quidem sed legi non posse, quod ibi tantum indicaui, ubi locus erat dubitandi.

D = cod. Laurent. XXVIII 4, saec. XV. contuli Florentiae a. MDCCCLXXIX, rursus inspexi a. MDCCCCIII.

E = cod. Marcian. 305, saec. XV. inspexi a. MDCCCLXXIX et MDCCCCIII.

F = cod. Parisin. 2359, saec. XVI.

G = cod. Parisin. 2360, saec. XVI.

H = cod. Parisin. 2361, scr. anno MDXLIV.

J = cod. Parisin. 2362, saec. XVI.

codices Parisinos, de quibus quae in priore editione rettuli, Henrico Lebègue debebam, inspexi Parisiis a. MDCCCCIII.

de his ceterisque codicibus in prolegomenis uoluminis III uberius exponetur.

cetera sigla, quibus in adparatu usus sum, haec sunt:

Basil. = editio princeps, Basileae 1544 fol., cum interpretatione Jacobi Cremonensis.

Quaest. Arch. = Quaestiones Archimedeae, scripsit J. L. Heiberg. Hauniae 1879.

ZMP. = Zeitschrift für Mathematik und Physik, historisch-litterarische Abtheilung.

NJS. = Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik, Supplementband.

opera uirorum doctorum, unde ad emendationem uel explicationem uerborum Archimedis aliquid desumpsi, haec sunt:

Riualtus = Archimedis opera. Parisiis 1615 fol.

Torellius = Archimedis opera. Oxonii 1792 fol.

Commandinus = A. opera nonnulla latine. Venetiis 1558 fol.

Wallis = A. arenarius et dimensio circuli. Oxonii 1678. 8, et Opera III p. 509 sqq.

Sturm = Des unvergleichlichen Archimedis Kunstbücher, übersetzt und erläutert. Nürnberg 1670 fol.

Barrowius = Opera Archimedis methodo novo illustrata et demonstrata. Londini 1675. 4.

Hauber = A. über Kugel und Cylinder und über Kreismessung, übersetzt mit Anmerkungen. Tübingen 1798. 8.

Gutenäcker = A.'s Kreismessung griechisch und deutsch. Würzburg 1828. 8.

Nizze = A.'s vorhandene Werke, übersetzt und erklärt. Stralsund 1824. 4.

Censor Ienensis (Jen.) = Uir doctus ignotus, qui de editione Torellii censuram proposuit Jenaer Litteraturzeitung 1795 Nr. 172—73 p. 610—23.

Wurm = Fr. Wurmii censura editionis Gutenäckeri Jahns Jahrbücher XIV p. 175—85.

Ahrens = De Graecae linguae dialectis, II. Gottingae 1843.

Bergk = Fünf Abhandlungen zur Geschichte der Griechischen Philosophie und Astronomie. Leipzig 1883. p. 141 ff.

Zeuthen = Die Lehre von den Kegelschnitten im Altertum. Kopenhagen 1886.

Heath = The works of Archimedes. Cambridge 1897.

praeterea Fridericus Blass, Theodorus Gomperz (Beiträge zur Kritik und Erklärung griechischer Schriftsteller III p. 24), Fridericus Hultsch hic illic nonnulla emendauerunt, quae suis locis indicabuntur.

emendationes aliquot ipse proposui Quaest. Arch. cap. VII et in editione Arenarii ei libro adiuncta, quarum partem nunc improbaui, plerasque recepi. in Eutocio quaedam emendare conatus sum Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik, Supplementband XI p. 375—83.

De interpretatione notisque meis haec ex editione priore repetenda esse duxi.

In interpretatione Latina, quam totam de meo conscripsi, id maxime secutus sum, ut ubique sententia satis dilucide adpareret, et Archimedea orationis forma demonstrandique ratio quam maxime seruaretur, ita tamen, ut, ubi fieri posset, ea, quae Archimedes uerbis exposuerat, signis, quibus nostri mathematici utuntur, exprimerem. quod ut fieret, interdum ab usu linguae Latinae longius discedere coactus sum, maxime in collocatione uerborum, et parum Latine loqui, ne aut obscura esset interpretatio aut a Graecis uerbis nimis discreparet. in multorum uerborum interpretatione Hultschium secutus sum, uelut, eo praeeunte pro Graecorum *διπλάσιος* cett. sequente genetiuo dixi: duplo maior quam, cett. (Hultsch, Pappus I p. 59 not. 1); sed ubi haec orationis forma minus apta erat, uelut pro Graeco *διπλασίονα λόγον ἔχειν*, scripsi: duplicem rationem habere quam, et similia (cfr. Liuius XXXIV, 19, 4; Columella I, 8, 8; Plinius h. nat. XIX, 9; Quintil. II, 3, 3).[1])

---

1) Hos locos mihi indicauit O. Siesbyeus u. d.

In notis interpretationi adiunctis maxime id studui, ut supplerem, quae ab Archimede in demonstratione omissa erant, et locos obscuriores illustrarem. in libris de sphaera et cylindro libelloque de dimensione circuli in notis indicaui, quaecunque de genuina scriptura Archimedis suspicari licet. hi enim libri non modo dialecto Dorica spoliati sunt, sed etiam plurimis locis refícti, cum transscriptor et adderet, quae ei necessaria uiderentur, et omitteret, quae abęsse posse putaret, et omnino suae aetatis sermonem rerumque mathematicarum nomina, quae tum in usu erant, inferret. itaque cum intellegerem, in his libris manum Archimedis restitui non posse, satius duxi recensionem posteriorem sequi et tantum modo apertissimos scribendi errores corrigere. sed praeterquam quod, ut dixi, in notis indicaui genuinam Archimedis scripturam, ubicunque aut constabat aut probabili coniectura restitui poterat, etiam additamenta plurima in Graecis uerbis uncis [ ] inclusi, in interpretatione omisi.[1]) de additamentis illis cfr. quae scripsi Quaest. Arch. p. 69—78 et Neue Jahrbücher Suppl. XI p. 384—398 (ibidem XIII p. 566—577 de interpolationibus ceterorum librorum egi). in iis locis, quos postea subditiuos esse intellexi, semper causam in notis breuiter indicaui; de ceteris satis esto semel hic illas duas disputationes citasse. unum locum tamen, in quo longiore disputatione opus est, hic uberius tractare libet.

De sphaera et cylindro I, 41 p. 152, 17: *καὶ ὡς ἄρα τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον, ὁ M κύκλος πρὸς τὸν N κύκλον*] sint spatia rectangula lateribus polygonorum (P, p) et rectis angulos iungentibus comprehensa S, s; quae aequalia sunt radiis (R, r) quadratis circulorum M, N. et cir-

---

1) In interpretatione uncis [ ] inclusi, quae aliunde citaui, uncis uero ⟨ ⟩, quae in uerbis Archimedis addidi ad demonstrationis rationem explicandam.

culis N, M aequales sunt superficies figurarum circumscriptae et inscriptae (O, o). iam Archimedes inde, quod est

$$S : s = EK^2 : A\Lambda^2,$$

concludi uult $O : o = EK^2 : A\Lambda^2$. si genuina essent uerba illa, hoc sic efficeret. $S : s = EK^2 : A\Lambda^2$. sed $S : s = R^2 : r^2 = M : N$, et $EK^2 : A\Lambda^2 = P : p$; quare $P : p = M : N$. sed $M : N = O : o$ et $P : p = EK^2 : A\Lambda^2$; quare $O : o = EK^2 : A\Lambda^2$. quod quam prauum sit, nemo non uidet; nam polygonorum prorsus peruerse mentio iniecta est, cum deberet sic concludi:

$$S : s = R^2 : r^2 = M : N = O : o;$$

sed $S : s = EK^2 : A\Lambda^2$; quare $O : o = EK^2 : A\Lambda^2$. augent malum uerba sequentia lin. 22 *τὸν δὲ αὐτόν, ὃν καὶ τὸ πολύγωνον* (debebat esse *τὰ πολύγωνα*), quae praecedere debebant uerba *διπλασίονα λόγον ἤπερ ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ*, cum hoc ex illo concludatur. adparet igitur, hos duos locos subditiuos esse. sed repugnare uidetur Eutocius, qui haec habet: *ἐπεὶ δέδεικται, ὅτι ἐστίν, ὡς τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον, οὕτως ὁ Μ κύκλος πρὸς τὸν Ν*. sed puto, eum minus proprie loqui et ad ipsam rationem ab Archimede in priore parte propositionis demonstratam $O : o = EK^2 : A\Lambda^2$ respicere. nam cum $O : o = M : N$ (ex hypothesi) et

$$EK^2 : A\Lambda^2 = P : p \text{ (Eucl. VI, 20)},$$

hinc ratio $P : p = M : N$ tam facile sequitur, ut Eutocius recte dicere possit, hanc rationem simul cum illa demonstratam esse. eodem modo Archimedes dicit: *ἐδείχθη δέ, ὡς ἡ ΕΚ πρὸς ΑΛ, οὕτως ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Μ κύκλου πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ν κύκλου* (p. 154, 13), cum tamen hoc tantum demonstrauerit $O : o = EK^2 : A\Lambda^2$; unde facile concluditur $R : r = EK : A\Lambda$. subditiua esse uerba illa, hinc quoque adparet, quod Archimedes prop. 42 p. 156, 27 hanc ipsam rationem $O : o = P : p$ proponit his uerbis additis: *ἑκάτερος γὰρ τῶν λόγων διπλάσιός ἐστι τοῦ, ὃν ἔχει ἡ*

τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου πλευράν (h. e. $EK : AΛ$). haec enim uerba sine dubio in prop. 41 addidisset, si ibi quoque hac ratione uti uoluisset; et praeterea Eutocius ad prop. 42 uerba *ἑκάτερος γὰρ κτλ.* illustrat, cum tamen satis esset uerba ipsius Archimedis ex prop. 41 adferre. quare puto, uerba illa a transscriptore ad similitudinem propositionis 42 interposita esse. hoc ideo quoque pluribus uerbis exposui, ut uno saltem exemplo additamentum manifesto argueretur, qualia in his libris plurima occurrunt.

in his igitur libris dialectum Doricam restituendam non esse putaui, in ceteris uero in uniuersum eam tenui rationem, quam proposui Neue Jahrb. Suppl. XIII p. 543—566. sed eam aspere exigendam esse non censui, ut potius cautior essem, quam ut in contrarium uitium inciderem.[1]) ceterum in hac editione adparatum criticum omnibus scripturis ad dialectum solam pertinentibus exoneraui; quid quoque loco praebeant codices, in praefatione uoluminis II sub uno conspectu indicabo.

Restat, ut uiris summis, qui Instituto Carlsbergico praesunt, maximas gratias publice agam, cuius opibus, ut in priore editione paranda, ita in hac quoque largiter adiutus sum.

Scr. Hauniae mense Januario MDCCCCX.

J. L. HEIBERG.

---

1) In accentibus ponendis nunc ea secutus sum, quae exposuit Richardus Meister Zur griechischen Dialektologie, Gottingae 1883. diphthongum *-οι*, non *-αι*, in nominatiuo plurali pro longa habui testimonio grammaticorum fretus (u. Gregorius Corinthius p. 314 ed. Schaefer), qui de diphthongo *-αι* nihil eius modi tradunt.

DE SPHAERA ET CYLINDRO

LIBRI II.

α΄.

Ἀρχιμήδης Δοσιθέῳ χαίρειν.

Πρότερον μὲν ἀπέσταλκά σοι τῶν ὑφ' ἡμῶν τεθεωρημένων γράψας μετὰ ἀποδείξεως, ὅτι πᾶν τμῆμα τὸ περιεχόμενον ὑπό τε εὐθείας καὶ ὀρθογωνίου κώνου τομῆς ἐπίτριτόν ἐστι τριγώνου τοῦ βάσιν τὴν αὐτὴν ἔχοντος τῷ τμήματι καὶ ὕψος ἴσον· ὕστερον δὲ ἡμῖν ὑποπεσόντων θεωρημάτων ἀξίων λόγου πεπραγματεύμεθα περὶ τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν. ἔστιν δὲ τάδε· πρῶτον μέν, ὅτι πάσης σφαίρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶν τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν αὐτῇ· ἔπειτα δέ, ὅτι παντὸς τμήματος σφαίρας τῇ ἐπιφανείᾳ ἴσος ἐστὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ εὐθείᾳ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἀγομένῃ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος· πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι πάσης σφαίρας ὁ κύλινδρος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας αὐτός τε ἡμιόλιός ἐστιν τῆς σφαίρας, καὶ ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας. ταῦτα δὲ τὰ συμπτώματα τῇ φύσει προυπῆρχεν περὶ τὰ εἰρημένα σχήματα, ἠγνοεῖτο δὲ ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν περὶ γεωμετρίαν ἀνεστραμ-

---

In A prima pagina detrita erat; om. H. *Ἀρχιμήδους περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου* AC, *α΄* add. CE. **1** *χαίρειν*] BCDE, *εὐπράττειν* G. **2** *ἀπέσταλκά*] BCDG, *ἐπεστάλκαμεν* E. *σοι*] hic des. E. *σοι*—**3** *ἀποδείξεως*] BC, lac. G, *σοι τα δυσ ποτε θεωρημενα γραψαντες μετα ἀποδειξεων* seq. lac. D. **4** *τε εὐθείας καί*]

I.

Archimedes Dositheo s.

Antea ad te misi eorum, quae ad id tempus perspexeram, hoc demonstratione adiuncta conscriptum: quoduis segmentum recta et coni rectanguli sectione comprehensum tertia parte maius esse triangulo eandem basim habenti, quam segmentum, et altitudinem aequalem.[1]) postea autem cum incidissem in theoremata quaedam nondum demonstrata, demonstrationes eorum confeci. sunt autem haec: primum cuiusuis sphaerae superficiem quadruplo maiorem esse circulo maximo;[2]) deinde cuiusuis segmenti sphaerae superficiei aequalem esse circulum, cuius radius aequalis sit rectae a uertice segmenti ad ambitum ductae circuli, qui basis sit segmenti;[3]) et prae-

1) H. e. *Τετραγ. παραβ.* 17; 24.
2) H. e. *Περὶ σφ. καὶ κυλ.* I, 30.
3) Ibid. I, 39—40.

BCG, om D. **5** *επι* lac. *τριτον* D. *τριγώνου* — **6** *αὐτήν*] (C), trigoni habentis basem eandem B, *ταύτην τὴν βάσιν* D, *τριγώνου τοῦ ἔχοντος βάσιν τὴν αὐτήν* G. **6** *ἔχοντος*] CD, om. G. *ὕστερον δέ*] BC, lac. G, *μετὰ δὲ ταῦτα* D. **7** *ἡμῖν ὑποπεσόντων*] BC, *ἀποπεσον των* D, *πεσόντων* G. *ἀξίων λόγου*] BC, *αντιλεγον* D, lac. G. *πεπραγματεύμεθα περί*] BC, *πεπραγματευον δη μετα* D, *πεπραγμα* seq. lac. G. **8** *αὐτῶν*] BC, *αυτα* D, om. G. *ἔστιν*] D, *ἔστι(ν)* C, om. G. *δέ*] BC, *δε τι* D, om. G. *τάδε* — **9** *πάσης*] om. G. **9** *πάσης*] BC, *της* D. **10** *ἐστίν*] C, *ἐστί* DG. *τῶν ἐν αὐτῇ*] BCG, om. D. *ἔπειτα*] *εἶτα* post lac. G. **11** *τμάματος* C. **12** *κύκλος*] *κωνῳ* D. **14** *βασης* D. **15** *ὁ* (pr.)] om. D. *ὁ βάσιν μὲν ἔχων*] *την βασιν εχοντος* D. **16** *ἴσην*] *τὴν αὐτὴν* post ras. 1 litt. G. **17** *ισσον* D. *τῇ*] om. D. *αὐτός τε ἡμιόλιός*] *τοτε ημιολιον* D. **18** *ἐστι* G. **19** *δὲ τὰ συμπτώματα*] lac. G. **20** *τῇ*] *αυτη* D. *εἰρημένα*] seq. ras. 2 litt. G. *ἠγνοεῖτο*] BC, *ηγνοειστο* D, *γνοει* inter 2 lac. G. *σχάματα* C. **21** *δὲ ὑπὸ τῶν*] lac. G. *ἀνεστραμμένων*] BC, *ἀνε* seq. lac. DG.

μένων οὐδενὸς αὐτῶν ἐπινενοηκότος, ὅτι τούτων τῶν σχημάτων ἐστὶν συμμετρία· διόπερ οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι ἀντιπαραβαλεῖν αὐτὰ πρός τε τὰ τοῖς ἄλλοις γεωμέτραις τεθεωρημένα καὶ πρὸς τὰ δόξαντα πολὺ ὑπερέχειν τῶν ὑπὸ Εὐδόξου περὶ τὰ στερεὰ θεωρηθέντων, ὅτι πᾶσα πυραμὶς τρίτον ἐστὶ μέρος πρίσματος τοῦ βάσιν ἔχοντος τὴν αὐτὴν τῇ πυραμίδι καὶ ὕψος ἴσον, καὶ ὅτι πᾶς κῶνος τρίτον μέρος ἐστὶν τοῦ κυλίνδρου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὴν αὐτὴν τῷ κώνῳ καὶ ὕψος ἴσον· καὶ γὰρ τούτων προυπαρχόντων φυσικῶς περὶ ταῦτα τὰ σχήματα, πολλῶν πρὸ Εὐδόξου γεγενημένων ἀξίων λόγου γεωμετρῶν συνέβαινεν ὑπὸ πάντων ἀγνοεῖσθαι μηδ' ὑφ' ἑνὸς κατανοηθῆναι. ἐξέσται δὲ περὶ τούτων ἐπισκέψασθαι τοῖς δυνησομένοις. ὤφειλε μὲν οὖν Κόνωνος ἔτι ζῶντος ἐκδίδοσθαι ταῦτα· τῆνον γὰρ ὑπολαμβάνομέν που μάλιστα ἂν δύνασθαι κατανοῆσαι ταῦτα καὶ τὴν ἁρμόζουσαν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπόφασιν ποιήσασθαι· δοκιμάζοντες δὲ καλῶς ἔχειν μεταδιδόναι τοῖς οἰκείοις τῶν μαθημάτων ἀποστέλλομέν σοι τὰς ἀποδείξεις ἀναγράψαντες, ὑπὲρ ὧν ἐξέσται τοῖς περὶ τὰ μαθήματα ἀναστρεφομένοις ἐπισκέψασθαι. ἐρρωμένως.

Γράφονται πρῶτον τά τε ἀξιώματα καὶ τὰ λαμβανόμενα εἰς τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν.

---

1 *οὐδενός—ἐπινενοηκότος*] BC, *ενοηκοτος* D, *νενοηκότος* G. 2 *ἐστίν*] om. G. *συμμετρία*] BC, lac. DG. *διόπερ*] C, propter quod itaque B, lac. DG. *οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι*] C, non sum veritus B, *οκνησαιμι* D, om. G. 3 *ἀντιπαραβαλεῖ* G. *πρός—γεωμέτραις*] BC, *το* post lac. D, lac. G. 4 *πολύ*—5 *ὑπό*] (C), multum excedere B, *πολλα* seq. lac. D, *πολ* seq. lac. G. 5 *Εὐδόξου*] B, (*Εὐ*)*δόξου* C, lac. D, *ξου* post lac. G. *θεωρητεντων* D. 6 *μερος ἐστι* D. 7 *τῇ*] DG, om. C. *πυραμιδει* D. 8 *ἐστίν*] C, comp. D, *ἐστί* G. 10 *τούτων*] *που των* D. *σχάματα* C. 11 *πρό*] seq. lac. G, mg. *ἐν τοῖς ἐσχάτοις χωρίοις τούτοις οὐδὲν λείπει.*

terea quemuis cylindrum basim habentem circulo maximo sphaerae aequalem, altitudinem autem diametro sphaerae aequalem, et ipsum dimidia parte maiorem esse sphaera, et superficiem eius superficie sphaerae dimidia parte maiorem.[1]) hae autem proprietates ipsa natura figuris, quas commemoraui, inde ab initio erant, ignorabantur autem ab iis, qui ante nos geometriae studebant, nec quisquam eorum intellexerat, harum figurarum commensurationem esse; quare non dubitauerim eas eodem loco ponere, quo et ea, quae ceteri geometrae perspexerunt, et ea, quae longe praestare uidentur eorum theorematum, quae Eudoxus de figuris solidis proposuit: quamuis pyramidem tertiam esse partem prismatis eandem basim habentis, quam pyramis, et altitudinem aequalem, et quemuis conum tertiam partem esse cylindri basim eandem habentis, quam conus, et altitudinem aequalem; nam cum hae quoque proprietates ipsa natura his figuris essent inde ab initio, adcidit, ut ab omnibus geometris, qui tamen plurimi et praestantissimi ante Eudoxum fuerant, ignorarentur nec a quoquam intellegerentur. licebit autem omnibus, qui quidem poterunt, haec inuenta mea examinare. certe Conone uiuo haec edenda fuerunt; illum enim existimo praeter ceteros haec intellegere potuisse et aptum de iis iudicium proferre. sed operae pretium me esse facturum ratus, si haec cum mathematices studiosis communicassem, ad te demonstrationes, quas conscripsi, misi, quas mathematices peritis licebit examinare. uale.

Primum proponuntur et postulata, et quae ad demonstrationes inuentorum meorum adsumpsi.

1) H. e. I, 34 coroll.

12 ἀγνοεῖσθαι] εισθαι post lac. G. 13 ἐξέσται] seq. lac. in extr. lin. G (cfr. ad lin. 11). 15 putabamus B. 16 ἄν] om. BCDG. 17 αὐτῶν]-ω-e corr. G. ἀπόφανσιν G. 18 καλῶς] inc. EH. 19 μαθημα seq. lac. G. ἀποστέλλομέν] lac. E, λλομεν post lac. G. 20 περί] CEHG, etiam B, τε D. 21 ἐρρωμένως] A, ἐρωμένως C, vale B, ἔρρωσο Basil. 22 τά τε ἀξιώματα] BCGH, τω τε αξιωμα D, τό τε ἀξίωμα E.

ΑΞΙΩΜΑΤΑ.

α′. Εἰσί τινες ἐν ἐπιπέδῳ καμπύλαι γραμμαὶ πεπερασμέναι, αἳ τῶν τὰ πέρατα ἐπιζευγνυουσῶν αὐτῶν εὐθειῶν ἤτοι ὅλαι ἐπὶ τὰ αὐτά εἰσιν ἢ οὐδὲν ἔχουσιν ἐπὶ τὰ ἕτερα.

β′. Ἐπὶ τὰ αὐτὰ δὴ κοίλην καλῶ τὴν τοιαύτην γραμμήν, ἐν ᾗ ἐὰν δύο σημείων λαμβανομένων ὁποιωνοῦν αἱ μεταξὺ τῶν σημείων εὐθεῖαι ἤτοι πᾶσαι ἐπὶ τὰ αὐτὰ πίπτουσιν τῆς γραμμῆς, ἢ τινὲς μὲν ἐπὶ τὰ αὐτά, τινὲς δὲ κατ' αὐτῆς, ἐπὶ τὰ ἕτερα δὲ μηδεμία.

γ′. Ὁμοίως δὴ καὶ ἐπιφάνειαί τινές εἰσιν πεπερασμέναι, αὐταὶ μὲν οὐκ ἐν ἐπιπέδῳ, τὰ δὲ πέρατα ἔχουσαι ἐν ἐπιπέδῳ, αἳ τοῦ ἐπιπέδου, ἐν ᾧ τὰ πέρατα ἔχουσιν, ἤτοι ὅλαι ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἔσονται ἢ οὐδὲν ἔχουσιν ἐπὶ τὰ ἕτερα.

δ′. Ἐπὶ τὰ αὐτὰ δὴ κοίλας καλῶ τὰς τοιαύτας ἐπιφανείας, ἐν αἷς ἂν δύο σημείων λαμβανομένων αἱ μεταξὺ τῶν σημείων εὐθεῖαι ἤτοι πᾶσαι ἐπὶ τὰ αὐτὰ πίπτουσιν τῆς ἐπιφανείας, ἢ τινὲς μὲν ἐπὶ τὰ αὐτά, τινὲς δὲ κατ' αὐτῆς, ἐπὶ τὰ ἕτερα δὲ μηδεμία.

ε′. Τομέα δὲ στερεὸν καλῶ, ἐπειδὰν σφαῖραν κῶνος τέμνῃ κορυφὴν ἔχων πρὸς τῷ κέντρῳ τῆς σφαίρας, τὸ ἐμπεριεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου καὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας ἐντὸς τοῦ κώνου.

ϛ′. Ῥόμβον δὲ καλῶ στερεόν, ἐπειδὰν δύο κῶνοι τὴν αὐτὴν βάσιν ἔχοντες τὰς κορυφὰς ἔχωσιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ἐπιπέδου τῆς βάσεως, ὅπως οἱ ἄξονες αὐτῶν ἐπ' εὐθείας ὦσι κείμενοι, τὸ ἐξ ἀμφοῖν τοῖν κώνοιν συγκείμενον στερεὸν σχῆμα.

---

1 et numeros add. *Torellius.* 7 *ἐάν*] ABC, *ἄν* *Riualtus.*

DEFINITIONES.

1. Sunt quaedam in plano curuae lineae terminatae, quae aut totae in eadem parte sunt rectarum terminos earum iungentium aut nihil in altera parte positum habent.

2. In eandem partem cauam lineam eiusmodi uoco, in qua sumptis duobus punctis quibuslibet rectae puncta iungentes aut omnes in eandem partem lineae cadant, aut aliae in eandem partem, aliae in ipsam lineam, nulla autem in alteram partem.

3. Similiter etiam superficies quaedam sunt terminatae, ipsae quidem non in plano positae, terminos autem in plano positos habentes, quae aut totae in eadem parte sunt illius plani, in quo terminos positos habent, aut certe nihil in altera parte positum habent.

4. In eandem igitur partem cauas eiusmodi uoco superficies, in quibus sumptis duobus punctis rectae puncta iungentes aut omnes in eandem partem superficiei cadant, aut aliae in eandem partem, aliae in ipsam, nulla autem in alteram partem.

5. Sectorem autem solidum uoco, cum conus sphaeram secat uerticem habens ad centrum sphaerae, figuram, quae a coni superficie eaque parte superficiei sphaerae continetur, quae intra conum cadit.

6. Rhombum autem solidum uoco, cum duo coni eandem basim habentes uertices habent in utraque parte plani, in quo est basis, positos, ita ut axes eorum in directo siti sint, figuram solidam ex utroque cono compositam.

---

11 δή] autem B. **13** αἵ] scripsi, και ABC. **14** ἔχουσιν] e corr. B, εχουσα ABC. **18** πίπτουσιν] A, πίπτουσι C. **19** αὐτῆς] Jen., αὐτ(ῆς) C, αυτων AB. δέ] AB, δὲ μέρη C. **21** τέμνῃ] A, τέμῃ C. τῷ κέντρῳ] C, το κεντρον A. **28** κώνοιν] C, κονοιν A. **29** στερεόν] A, τὸ στερεόν C.

ΛΑΜΒΑΝΟΜΕΝΑ.

Λαμβάνω δὲ ταῦτα·

α´. Τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν γραμμῶν ἐλαχίστην εἶναι τὴν εὐθεῖαν.

β´. Τῶν δὲ ἄλλων γραμμῶν, ἐὰν ἐν ἐπιπέδῳ οὖσαι τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχωσιν, ἀνίσους εἶναι τὰς τοιαύτας, ἐπειδὰν ὦσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ ἤτοι ὅλη περιλαμβάνηται ἡ ἑτέρα αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἑτέρας καὶ τῆς εὐθείας τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης αὐτῇ, ἢ τινὰ μὲν περιλαμβάνηται, τινὰ δὲ κοινὰ ἔχῃ, καὶ ἐλάσσονα εἶναι τὴν περιλαμβανομένην.

γ´. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν, ἐὰν ἐν ἐπιπέδῳ τὰ πέρατα ἔχωσιν, ἐλάσσονα εἶναι τὴν ἐπίπεδον.

δ´. Τῶν δὲ ἄλλων ἐπιφανειῶν καὶ τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν, ἐὰν ἐν ἐπιπέδῳ τὰ πέρατα ᾖ, ἀνίσους εἶναι τὰς τοιαύτας, ἐπειδὰν ὦσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ ἤτοι ὅλη περιλαμβάνηται ὑπὸ τῆς ἑτέρας ἡ ἑτέρα ἐπιφάνεια καὶ τῆς ἐπιπέδου τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης αὐτῇ, ἢ τινὰ μὲν περιλαμβάνηται, τινὰ δὲ κοινὰ ἔχῃ, καὶ ἐλάσσονα εἶναι τὴν περιλαμβανομένην.

ε´. Ἔτι δὲ τῶν ἀνίσων γραμμῶν καὶ τῶν ἀνίσων ἐπιφανειῶν καὶ τῶν ἀνίσων στερεῶν τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάσσονος ὑπερέχειν τοιούτῳ, ὃ συντιθέμενον αὐτὸ ἑαυτῷ δυνατόν ἐστιν ὑπερέχειν παντὸς τοῦ προτεθέντος τῶν πρὸς ἄλληλα λεγομένων.

---

1 et numeros add. *Torellius.* **3** τῶν] C, τῳ των A. **5** ἐάν— **6** ἀνίσους] AB, om. C. **6** ἔχωσιν] habeant B, εχουσιν A. **8** ἑτέρας] *Barrowius,* ετερας επιφανειας AC, altera superficies B, sed superficies del. **10** ἔχῃ] A, ἔχει C, hn̄t corr. in habeat B. **15** καί] AC, om. B; fort. τῶν. **16** ἀν-

POSTULATA.

Postulo autem haec:

1. Omnium linearum eosdem terminos habentium minimam esse rectam.[1])

2. Ex ceteris uero lineis, si in plano positae eosdem terminos habeant, inaequales esse eiusmodi lineas, si utraque in eandem partem caua sit, et aut tota altera ab altera rectaque eosdem terminos habenti comprehendatur, aut pars eius comprehendatur, pars communis sit, et minorem esse eam, quae comprehendatur.

3. Similiter etiam inter superficies eosdem terminos habentes, si in plano terminos habeant, minorem esse planam superficiem.

4. Inter ceteras autem superficies eosdem terminos habentes, si in plano sint termini, inaequales esse eiusmodi superficies, si in eandem partem utraque caua sit, et aut tota altera ab altera superficieque plana eosdem terminos habenti comprehendatur, aut pars eius comprehendatur, pars communis sit, et minorem esse eam, quae comprehendatur.

5. Porro autem inter lineas inaequales et inaequales superficies et inaequalia solida maius excedere minus eiusmodi magnitudine, quae ipsa sibi addita quamuis magnitudinem datam earum, quae cum ea comparari possint, excedere possit.[2])

---

1) Cfr. Eucl. Elem. I def. 4: *εὐθεῖα γραμμή ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις κεῖται* et Proclus in Eucl. p. 110, 10 *Friedlein: ὁ δ' αὖ Ἀρχιμήδης τὴν εὐθεῖαν ὡρίσατο γραμμὴν ἐλαχίστην τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν. διότι γάρ, ὡς ὁ Εὐκλείδιος λόγος φησίν, ἐξ ἴσου κεῖται τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις, διὰ τοῦτο ἐλαχίστη ἐστὶν τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν.*

2) Eucl. V def. 4: *λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα μεγέθη λέγεται, ἃ δύναται πολλαπλασιαζόμενα ἀλλήλων ὑπερέχειν.* de hoc axiomate etiam alibi ab Archimede sumpto u. Quaest. Archim. p. 44 sq. cfr. Eucl. X, 1.

ἴσους] C, *ανισας* A (H et E, sed corr.). **19** *ἡ ἑτέρα*] scripsi, *ετερα* A, altera supra scr. B, om. C. *ἐπιφάνεια*] A, superficies corr. ex superficie B, *ἐπιφανείας* C. **21** *ἔχῃ*] A, *ἔχει* C, habe•t B[1]. **25** *αὐτό*] H, *εαυτο* AC, ipsum B. **26** *ἑαυτῷ*] AB, *αὐτῷ* C

Τούτων δὲ ὑποκειμένων, ἐὰν εἰς κύκλον πολύγωνον ἐγγραφῇ, φανερόν, ὅτι ἡ περίμετρος τοῦ ἐγγραφέντος πολυγώνου ἐλάσσων ἐστὶν τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας· ἑκάστη γὰρ τῶν τοῦ πολυγώνου πλευρῶν ἐλάσσων ἐστὶ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας τῆς ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀποτεμνομένης.

α΄.

Ἐὰν περὶ κύκλον πολύγωνον περιγραφῇ, ἡ τοῦ περιγραφέντος πολυγώνου περίμετρος μείζων ἐστὶν τῆς περιμέτρου τοῦ κύκλου.

περὶ γὰρ κύκλον πολύγωνον περιγεγράφθω τὸ ὑποκείμενον. λέγω, ὅτι ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου μείζων ἐστὶν τῆς περιμέτρου τοῦ κύκλου.

ἐπεὶ γὰρ συναμφότερος ἡ ΒΑΛ μείζων ἐστὶ τῆς ΒΛ περιφερείας διὰ τὸ τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαν περιλαμβάνειν τὴν περιφέρειαν, ὁμοίως δὲ καὶ συναμφότερος μὲν ἡ ΔΓ, ΓΒ τῆς ΔΒ, συναμφότερος δὲ ἡ ΛΚ, ΚΘ τῆς ΛΘ, συναμφότερος δὲ ἡ ΖΗΘ τῆς ΖΘ, ἔτι δὲ συναμφότερος ἡ ΔΕ, ΕΖ τῆς ΔΖ, ὅλη ἄρα ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου μείζων ἐστὶ τῆς περιφερείας τοῦ κύκλου.

β΄.

Δύο μεγεθῶν ἀνίσων δοθέντων δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν δύο εὐθείας ἀνίσους, ὥστε τὴν μείζονα εὐθεῖαν πρὸς τὴν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἐλάσσονα ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

ἔστω δύο μεγέθη ἄνισα τὰ ΑΒ, Δ, καὶ ἔστω μεῖζον

---

3 πολυγώνου] C, πολυγονου A (D et E, sed corr.). ἐστίν] C, εστι A. 6 τῆς αὐτῆς] AC, ipso B; fort. αὐτῆς. 9 ἐστίν] C, εστι A. 13 ἐστῖ | C, εστι A. 14 ἐστ(ί) C. 16 δὲ καί] autem et B, και AC, δέ H. 18 ΖΗΘ] eras. C. ΖΘ] AB,

His autem positis, si in circulo polygonum inscribatur, adparet, perimetrum polygoni inscripti minorem esse ambitu circuli; unumquodque enim latus polygoni minus est quam ea pars circuli, quae ab ea abscinditur.

I.

Si circum circulum polygonum circumscribitur, perimetrus polygoni circumscripti maior est ambitu circuli.

circumscribatur enim circum circulum polygonum, quod infra positum est.[1]) dico, perimetrum polygoni maiorem esse ambitu circuli.[2])

nam quoniam $BA + A\Lambda$ maiores sunt quam ambitus pars, quae est $B\Lambda$, propterea quod eosdem terminos habentes illam ambitus partem comprehendunt (post. 2), et similiter etiam



$$\Delta\Gamma + \Gamma B > \Delta B$$

ambitu et

$$\Lambda K + K\Theta > \Lambda\Theta$$

ambitu, porro autem

$$\Delta E + EZ > \Delta Z$$

ambitu, tota perimetrus polygoni maior est ambitu circuli.

II.

Datis duabus magnitudinibus inaequalibus fieri potest, ut inueniantur duae rectae inaequales eiusmodi, ut maior recta ad minorem rationem habeat minorem quam maior magnitudo ad minorem.

sint duae magnitudines inaequales AB, Δ, et maior sit

1) Respicitur ad figuram ab Archimede ipso additam; cfr. p. 14, 2.

2) Citat Pappus I p. 312, 7 ed. *Hultsch*.

ΘZ C. **23** ( )ύο C. **25** ἢ τὸ μεῖζον] AB, ἤτοι μείζων C. **27** ἔστω (pr.)] BC, ὥστε A. μείζων C.

τὸ AB. λέγω, ὅτι δυνατόν ἐστι δύο εὐθείας ἀνίσους εὑρεῖν τὸ εἰρημένον ἐπίταγμα ποιούσας.

κείσθω διὰ τὸ β΄ τοῦ α΄ τῶν Εὐκλείδου τῷ Δ ἴσον τὸ $B\Gamma$, καὶ κείσθω τις εὐθεῖα γραμμὴ ἡ ZH· τὸ δὴ ΓA ἑαυτῷ ἐπισυντιθέμενον ὑπερέξει τοῦ Δ. πεπολλαπλασιάσθω οὖν, καὶ ἔστω τὸ $A\Theta$, καὶ ὁσαπλάσιόν ἐστι τὸ $A\Theta$ τοῦ $A\Gamma$, τοσαυταπλάσιος ἔστω ἡ ZH τῆς HE· ἔστιν ἄρα, ὡς τὸ ΘA πρὸς $A\Gamma$, οὕτως ἡ ZH πρὸς HE· καὶ ἀνάπαλίν ἐστιν, ὡς ἡ EH πρὸς HZ, οὕτως τὸ $A\Gamma$ πρὸς $A\Theta$. καὶ ἐπεὶ μεῖζόν ἐστιν τὸ $A\Theta$ τοῦ Δ, τουτέστι τοῦ ΓB, τὸ ἄρα ΓA πρὸς τὸ $A\Theta$ λόγον ἐλάσσονα ἔχει ἤπερ τὸ ΓA πρὸς ΓB. ἀλλ' ὡς τὸ ΓA πρὸς $A\Theta$, οὕτως ἡ EH πρὸς HZ· ἡ EH ἄρα πρὸς HZ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΓA πρὸς ΓB· καὶ συνθέντι ἡ EZ [ἄρα] πρὸς ZH ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ AB πρὸς $B\Gamma$ [διὰ λῆμμα]. ἴσον δὲ τὸ $B\Gamma$ τῷ Δ· ἡ EZ ἄρα πρὸς ZH ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ AB πρὸς τὸ Δ.

εὑρημέναι εἰσὶν ἄρα δύο εὐθεῖαι ἄνισοι ποιοῦσαι τὸ εἰρημένον ἐπίταγμα [τουτέστιν τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἐλάσσονα ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον].

γ΄.

Δύο μεγεθῶν ἀνίσων δοθέντων καὶ κύκλου δυνατόν ἐστιν εἰς τὸν κύκλον πολύγωνον ἐγγράψαι καὶ ἄλλο περιγράψαι, ὅπως ἡ τοῦ περιγραφομένου πολυγώνου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγραφομένου πολυγώνου πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχῃ ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλαττον.

---

1 τό] C, τα A. In $A\Theta$ litt. A et B permut. AB[2]. 3 τό] A,

AB. dico, fieri posse, ut inueniantur duae rectae inaequales id, quod quaeritur, praestantes.

ponatur per secundam propositionem primi libri Euclidis[1]) [Eucl. Elem. I, 2] $B\Gamma = \Delta$, et ponatur recta ZH; itaque ΓA magnitudo ipsa sibi addita Δ magnitudinem excedet [post. 5]. multiplicetur igitur, et sit $A\Theta$, et quoties $A\Gamma$ in $A\Theta$ continetur, toties contineatur HE in ZH; est igitur $\Theta A : A\Gamma = ZH : HE$ [cfr. Eucl. V, 15]; et e contrario [Eucl. V, 7 coroll.] $EH : HZ = A\Gamma : A\Theta$. et quoniam $A\Theta > \Delta$ siue $A\Theta > \Gamma B$, erit [Eucl. V, 8] $\Gamma A : A\Theta < \Gamma A : \Gamma B$. uerum $\Gamma A : A\Theta = EH : HZ$; itaque $EH : HZ < \Gamma A : \Gamma B$; et componendo $EZ : ZH < AB : B\Gamma$ [u. Eutocius].[2]) sed $B\Gamma = \Delta$; itaque $EZ : ZH < AB : \Delta$.



ergo inuentae sunt duae rectae inaequales, quae praestant id, quod quaerendum proposuimus [id est, maiorem ad minorem rationem habere minorem quam maior magnitudo ad minorem].

III.

Datis duabus magnitudinibus inaequalibus et circulo fieri potest, ut in circulo polygonum inscribatur et aliud circumscribatur ita, ut latus polygoni circumscripti ad latus polygoni inscripti minorem habeat rationem quam maior magnitudo ad minorem.

---

1) Proclus in Eucl. p. 68, 12: *καὶ γὰρ ὁ Ἀρχιμήδης ἐπιβαλὼν τῷ πρώτῳ (Πτολεμαίῳ) μνημονεύει τοῦ Εὐκλείδου.*

2) Idem demonstrat Pappus II p. 686, 5 sq. cfr. Eucl. V, 18.

το(ῦ) C. α′] ᾱ C, *πρωτου* A. *τῶν*] A, om. C. **4** *ZH*] *ZE* G², *EH Hauber*. **5** *ὑπερέξει* C. **8** *HE*] e corr. B, *ZE* AC. **9** *ἡ* (pr.)] G², *το* AC. *HE*] C, e corr. B, *ZE* A. *EH*] AB, *HE* C. **10** *ἐστιν*] C, *εστι* A. **12** *ἀλλ'*—**15** *ΓB*] C, om. AB. **14** *λόγον*—**15** *ΓB*] (C). **15** *καί*] AB, om. C. **20** *εἰρημένον*] C, *ισον* AB. *τουτέστιν*] C, *τουτεστι* A. **22** des. C.

ἔστω τὰ δοθέντα δύο μεγέθη τὰ Α, Β, ὁ δὲ δοθεὶς κύκλος ὁ ὑποκείμενος. λέγω οὖν, ὅτι δυνατόν ἐστι ποιεῖν τὸ ἐπίταγμα.

εὑρήσθωσαν γὰρ δύο εὐθεῖαι αἱ Θ, ΚΛ, ὧν μείζων ἔστω ἡ Θ, ὥστε τὴν Θ πρὸς τὴν ΚΛ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλαττον, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Λ τῇ ΛΚ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΛΜ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κ τῇ Θ ἴση κατήχθω ἡ ΚΜ [δυνατὸν γὰρ τοῦτο], καὶ ἤχθωσαν τοῦ κύκλου δύο διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΓΕ, ΔΖ. τέμνοντες οὖν τὴν ὑπὸ τῶν ΔΗΓ γωνίαν δίχα καὶ τὴν ἡμίσειαν αὐτῆς δίχα καὶ αἰεὶ τοῦτο ποιοῦντες λείψομέν τινα γωνίαν ἐλάσσονα ἢ διπλασίαν τῆς ὑπὸ ΛΚΜ. λελείφθω καὶ ἔστω ἡ ὑπὸ ΝΗΓ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΝΓ· ἡ ἄρα ΝΓ πολυγώνου ἐστὶ πλευρὰ ἰσοπλεύρου [ἐπείπερ ἡ ὑπὸ ΝΗΓ γωνία μετρεῖ τὴν ὑπὸ ΔΗΓ ὀρθὴν οὖσαν, καὶ ἡ ΝΓ ἄρα περιφέρεια μετρεῖ τὴν ΓΔ τέταρτον οὖσαν κύκλου· ὥστε καὶ τὸν κύκλον μετρεῖ. πολυγώνου ἄρα ἐστὶ πλευρὰ ἰσοπλεύρου· φανερὸν γάρ ἐστι τοῦτο]. καὶ τετμήσθω ἡ ὑπὸ ΓΗΝ γωνία δίχα τῇ ΗΞ εὐθείᾳ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ξ ἐφαπτέσθω τοῦ κύκλου ἡ ΟΞΠ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ΗΝΠ, ΗΓΟ· ὥστε καὶ ἡ ΠΟ πολυγώνου ἐστὶ πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου περὶ τὸν κύκλον καὶ ἰσοπλεύρου [φανερόν, ὅτι καὶ ὁμοίου τῷ ἐγγραφομένῳ, οὗ πλευρὰ ἡ ΝΓ]. ἐπεὶ δὲ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ διπλασία ἡ ὑπὸ ΝΗΓ τῆς ὑπὸ ΛΚΜ, διπλασία δὲ τῆς ὑπὸ ΤΗΓ, ἐλάσσων ἄρα ἡ ὑπὸ ΤΗΓ τῆς ὑπὸ ΛΚΜ. καί εἰσιν ὀρθαὶ αἱ πρὸς τοῖς Λ, Τ·

---

5 ὥστε τὴν Θ] *Basil.*, om. A, que etiam B. **10** ΓΕ] e corr. B, ΓΒ A (in fig. Β pro Ε). **20** ΗΞ] e corr. B[1]G, ΝΞ AB. **25** ΝΓ] BG[2], ΗΝΓ A. In fig. Π addidi.

sint datae duae magnitudines A, B,[1]) datus circulus autem is, qui infra positus est. dico igitur, fieri posse, ut praestetur id, quod quaeritur.

sint enim inuentae duae rectae Θ, $K\Lambda$, quarum maior sit Θ, ita ut Θ ad $K\Lambda$ minorem rationem habeat quam maior magnitudo ad minorem [prop. 2], et ducatur ab Λ puncto recta ΛM ad ΛK perpendicularis [Eucl. I, 11], et a K puncto ducatur KM rectae Θ aequalis [u. Eutocius], et ducantur duae diametri circuli inter se perpendiculares ΓB et ΔZ. si igitur $\angle\ \Delta H\Gamma$ in duas partes aequales secuerimus et rursus dimidium angulum in duas partes aequales, et hoc deinceps fecerimus, relinquemus angulum quendam minorem quam duplicem angulum ΛKM. relinquatur et sit $NH\Gamma$, et ducatur $N\Gamma$; recta $N\Gamma$ igitur latus est polygoni aequilateri[2]) [u. Eutocius]. et secetur $\angle\ NH\Gamma$ in duas partes aequales recta $H\Xi$, et in puncto Ξ tangat circulum recta $O\Xi\Pi$, et producantur rectae $HN\Pi$, $H\Gamma O$; itaque etiam ΠO latus est polygoni circa circulum circumscripti et aequilateri[3]) [u. Eutocius].



quoniam autem $\angle\ NH\Gamma < 2\,\Lambda KM$, sed $\angle\ NH\Gamma = 2\,TH\Gamma$, erit

1) Desideratur: et maior sit A; cfr. p. 16, 14.

2) Archimedes scripserat lin. 14—15: πολυγώνου ἐστὶ ἰσοπλεύρου καὶ ἀρτιοπλεύρου πλευρά; u. Eutocius.

3) Archimedes scripserat lin. 22 sq.: ὥστε καὶ ἡ ΟΠ πολυγώνου ἐστὶν ἰσοπλεύρου πλευρά; u. Eutocius.

ἡ ἄρα ΜΚ πρὸς ΛΚ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΓΗ πρὸς ΗΤ. ἴση δὲ ἡ ΓΗ τῇ ΗΞ· ὥστε ἡ ΗΞ πρὸς ΗΤ ἐλάσσονα λόγον ἔχει, τουτέστιν ἡ ΠΟ πρὸς ΝΓ, ἤπερ ἡ ΜΚ πρὸς ΚΛ· ἔτι δὲ ἡ ΜΚ πρὸς ΚΛ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Α πρὸς τὸ Β. καί ἐστιν ἡ μὲν ΠΟ πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου πολυγώνου, ἡ δὲ ΓΝ τοῦ ἐγγραφομένου· ὅπερ προέκειτο εὑρεῖν.

δ'.

Πάλιν δύο μεγεθῶν ἀνίσων ὄντων καὶ τομέως δυνατόν ἐστι περὶ τὸν τομέα πολύγωνον περιγράψαι καὶ ἄλλο ἐγγράψαι, ὥστε τὴν τοῦ περιγεγραμμένου πλευρὰν πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

ἔστω γὰρ πάλιν δύο μεγέθη ἄνισα τὰ Ε, Ζ, ὧν μεῖζον ἔστω τὸ Ε, κύκλος δέ τις ὁ ΑΒΓ κέντρον ἔχων τὸ Δ, καὶ πρὸς τῷ Δ τομεὺς συνεστάτω ὁ ΑΔΒ· δεῖ δὴ περιγράψαι καὶ ἐγγράψαι πολύγωνον περὶ τὸν ΑΒΔ τομέα ἴσας ἔχον τὰς πλευρὰς χωρὶς τῶν ΒΔΑ, ὅπως γένηται τὸ ἐπίταγμα.

εὑρήσθωσαν γὰρ δύο εὐθεῖαι αἱ Η, ΘΚ ἄνισοι καὶ μείζων ἡ Η, ὥστε τὴν Η πρὸς τὴν ΘΚ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον [δυνατὸν γὰρ τοῦτο], καὶ ἀπὸ τοῦ Θ ὁμοίως ἀχθείσης πρὸς ὀρθὰς τῇ ΚΘ προσβεβλήσθω τῇ Η ἴση ἡ ΚΛ [δυνατὸν γάρ, ἐπεὶ μείζων ἐστὶν ἡ Η τῆς ΘΚ]. τεμνομένης δὴ τῆς ὑπὸ τῶν ΑΔΒ γωνίας δίχα καὶ τῆς ἡμισείας δίχα καὶ ἀεὶ τούτου γινομένου λειφθήσεταί τις γωνία· ἐλάσσων οὖσα ἢ διπλασία τῆς ὑπὸ ΛΚΘ. λελείφθω οὖν ἡ ὑπὸ ΑΔΜ· ἡ ΑΜ οὖν γίνεται πολυ-

---

25 *ἐστίν*] H, εστι A.

$$\angle THΓ < ΛKM.$$

et anguli ad $Λ$, T puncta positi recti sunt; itaque

$$MK : ΛK > ΓH : HT.$$[1]

sed $ΓH = HΞ$; erit igitur

$$HΞ : HT < MK : KΛ \text{ siue } ΠO : NΓ < MK : KΛ.$$[2]

porro autem $MK : KΛ < A : B$;[3] ⟨itaque $ΠO : NΓ < A : B$⟩. et $ΠO$ recta latus est polygoni circumscripti, $ΓN$ autem inscripti; quod erat inueniendum.

IV.

Rursus datis duabus magnitudinibus inaequalibus et sectore fieri potest, ut circum sectorem polygonum circumscribatur et aliud inscribatur ita, ut latus polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem rationem habeat quam maior magnitudo ad minorem.



rursus enim sint E, Z duae magnitudines inaequales, quarum maior sit E, et sit $ABΓ$ circulus centrum habens $Δ$ punctum, et ad $Δ$ punctum construatur sector $AΔB$; oportet igitur polygonum circumscribi et inscribi in sectore

---

1) U. Eutocius; cfr. quae scripsi ZMP XXIV p. 179 nr. 8.

2) Nam $HΞ : HT = ΠO : NΓ$, quia $HΞ : HT = OΞ : ΓT$ (ibid. p. 178 nr. 4) $= 2OΞ : 2ΓT = ΠO : ΓN$ (Eucl. I, 26). Archimedes sine dubio uerba τουτέστιν ἡ $ΠO$ πρὸς $NΓ$ lin. 3 ante ἐλάσσονα λόγον posuerat.

3) Nam ex hypothesi est $Θ : KΛ < A : B$ et $Θ = MK$.

γώνου πλευρὰ ἐγγραφομένου εἰς τὸν κύκλον. καὶ ἐὰν τέμωμεν τὴν ὑπὸ $A\Delta M$ γωνίαν δίχα τῇ ΔN καὶ ἀπὸ τοῦ N ἀγάγωμεν ἐφαπτομένην τοῦ κύκλου τὴν ΞNO, αὕτη πλευρὰ ἔσται τοῦ πολυγώνου τοῦ περιγραφομένου περὶ τὸν αὐτὸν κύκλον ὁμοίου τῷ εἰρημένῳ· καὶ ὁμοίως τοῖς προειρημένοις ἡ ΞO πρὸς τὴν AM ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ E μέγεθος πρὸς τὸ Z.

ε'.

Κύκλου δοθέντος καὶ δύο μεγεθῶν ἀνίσων περιγράψαι περὶ τὸν κύκλον πολύγωνον καὶ ἄλλο ἐγγράψαι, ὥστε τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

ἐκκείσθω κύκλος ὁ A καὶ δύο μεγέθη ἄνισα τὰ E, Z καὶ μεῖζον τὸ E· δεῖ οὖν πολύγωνον ἐγγράψαι εἰς τὸν κύκλον καὶ ἄλλο περιγράψαι, ἵνα γένηται τὸ ἐπιταχθέν.

λαμβάνω γὰρ δύο εὐθείας ἀνίσους τὰς Γ, Δ, ὧν μείζων ἔστω ἡ Γ, ὥστε τὴν Γ πρὸς τὴν Δ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὴν E πρὸς τὴν Z· καὶ τῶν Γ, Δ μέσης ἀνάλογον ληφθείσης τῆς H μείζων ἄρα καὶ ἡ Γ τῆς H. περιγεγράφθω δὴ περὶ κύκλον πολύγωνον καὶ ἄλλο ἐγγεγράφθω, ὥστε τὴν τοῦ περιγραφέντος πολυγώνου πλευρὰν πρὸς τὴν τοῦ ἐγγραφέντος ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὴν Γ πρὸς τὴν H [καθὼς ἐμάθομεν]· διὰ τοῦτο δὴ καὶ ὁ διπλάσιος λόγος τοῦ διπλασίου ἐλάσσων ἐστί. καὶ τοῦ μὲν τῆς πλευρᾶς πρὸς τὴν πλευρὰν διπλάσιός ἐστι ὁ τοῦ πολυγώνου πρὸς τὸν πολύγωνον [ὅμοια γάρ], τῆς δὲ Γ πρὸς τὴν H ὁ τῆς Γ πρὸς τὴν Δ· καὶ τὸ περιγραφὲν ἄρα πολύγωνον πρὸς τὸ ἐγγραφὲν

3 *xno* B. *$N\Xi O$ Heiberg;* corr. *Stamatis.*

$AB\varDelta$ aequalia habens latera praeter $B\varDelta$, $\varDelta A$, ita ut fiat id, quod quaeritur.

inueniantur enim duae rectae inaequales H, ΘK, quarum maior sit H, ita ut $H : \Theta K < E : Z$ [prop. 2], et a Θ puncto uti supra [prop. 3] ducatur recta ad $K\Theta$ perpendicularis, et iungatur $K\varLambda$ rectae H aequalis [prop. 3 p. 14, 7]. si igitur $\angle A\varDelta B$ in duas partes aequales secuerimus et dimidium in duas partes aequales et hoc deinceps fecerimus, relinquetur angulus minor quam duplex angulus $\varLambda K\Theta$. relinquatur igitur $\angle A\varDelta M < 2\ \varLambda K\Theta$; itaque recta AM latus erit polygoni in circulo inscripti [p. 12, 22]. et si $\angle A\varDelta M$ in duas partes aequales secuerimus recta $\varDelta N$ et ab N puncto rectam $\varXi NO$ circulum tangentem duxerimus, ea latus erit polygoni circum circulum circumscripti similis[1]) polygono, quod nominauimus; et eodem modo quo supra [prop. 3] erit

$$\varXi O : AM < E : Z.^{2)}$$

V.

Circulo et duabus magnitudinibus inaequalibus datis polygonum circum circulum circumscribere et aliud inscribere ita, ut polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat quam maior magnitudo ad minorem.

ponantur circulus A et duae magnitudines inaequales E, Z, quarum maior sit E; oportet igitur polygonum in circulo inscribi et aliud circumscribi ita, ut fiat id, quod quaeritur.

sumo enim duas rectas $\varGamma$, $\varDelta$, quarum maior sit $\varGamma$, ita ut $\varGamma$ ad $\varDelta$ minorem rationem habeat quam E ad Z [prop. 2]; quare etiam sumpta recta H media inter rectas $\varGamma$, $\varDelta$ proportionali [Eucl. VI, 13] erit $\varGamma > H$.[3]) circumscribatur igitur polygonum circum circulum et aliud inscribatur ita, ut latus polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem

---

1) U. p. 14, 24 et Eutocius ad prop. 3 extr.

2) $\angle A\varDelta M = 2 M\varDelta\Pi < 2\varLambda K\Theta$; itaque $\angle M\varDelta\Pi < \varLambda K\Theta$; quare $\varLambda K : K\Theta > M\varDelta : \varDelta\Pi$ siue $\varDelta N : \varDelta\Pi < \varLambda K : K\Theta$. sed $\varDelta N : \varDelta\Pi = ON : M\Pi = \varXi O : AM < \varLambda K : K\Theta < E : Z$ siue $\varXi O : AM < E : Z$.

3) Quia $H^2 = \varGamma \times \varDelta < \varGamma^2$.

ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ· πολλῷ ἄρα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ.

ϛ΄.

Ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι δύο μεγεθῶν ἀνίσων δοθέντων καὶ τομέως δυνατόν ἐστιν περὶ τὸν τομέα πολύγωνον περιγράψαι καὶ ἄλλο ἐγγράψαι ὅμοιον αὐτῷ, ἵνα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχῃ ἢ τὸ μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον.

Φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι, ἐὰν δοθῇ κύκλος ἢ τομεὺς καὶ χωρίον τι, δυνατόν ἐστιν ἐγγράφοντα εἰς τὸν κύκλον ἢ τὸν τομέα πολύγωνα ἰσόπλευρα καὶ ἔτι ἀεὶ εἰς τὰ περιλειπόμενα τμήματα λείπειν τινὰ τμήματα τοῦ κύκλου ἢ τομέως, ἅπερ ἔσται ἐλάσσονα τοῦ προκειμένου χωρίου· ταῦτα γὰρ ἐν τῇ Στοιχειώσει παραδέδοται.

Δεικτέον δέ, ὅτι καὶ κύκλου δοθέντος ἢ τομέως καὶ χωρίου δυνατόν ἐστι περιγράψαι πολύγωνον περὶ τὸν κύκλον ἢ τὸν τομέα, ὥστε τὰ περιλειπόμενα τῆς περιγραφῆς τμήματα ἐλάσσονα εἶναι τοῦ δοθέντος χωρίου· ἔσται γὰρ ἐπὶ κύκλου δείξαντα μεταγαγεῖν τὸν ὅμοιον λόγον καὶ ἐπὶ τοῦ τομέως.

δεδόσθω κύκλος ὁ Α καὶ χωρίον τι τὸ Β. δυνατὸν δὴ περιγράψαι περὶ τὸν κύκλον πολύγωνον, ὥστε τὰ ἀπολειφθέντα τμήματα μεταξὺ τοῦ κύκλου καὶ τοῦ πολυγώνου ἐλάσσονα εἶναι τοῦ Β χωρίου· καὶ γὰρ ὄντων δύο μεγεθῶν ἀνίσων, μείζονος μὲν συναμφοτέρου τοῦ τε χωρίου καὶ τοῦ κύκλου, ἐλάσσονος δὲ τοῦ κύκλου,

---

4 ϛ΄] A, del. G², om. B. 5 δή] autem B. 10 ϛ΄ G². 15 παραδέδοται] EHG², παραδεδωται A. 17 mg. 6 B. 21 ἔσται] scripsi, εστω AB.

rationem habeat quam Γ ad H [prop. 3]; quare etiam ratio duplicata minor est ratione duplicata. et laterum ratio duplicata aequalis est rationi polygonorum [Eucl. VI, 20, cfr. p. 19 not. 1], ratio autem rectarum Γ, H duplicata aequalis est rationi rectarum Γ, Δ [Eucl. V def. 9]; quare etiam polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habet quam Γ ad Δ; ergo multo etiam magis polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habet quam E ad Z.[1])



VI.

Eodem modo demonstrabimus, datis duabus magnitudinibus inaequalibus et sectore fieri posse, ut circum sectorem polygonum circumscribatur et aliud ei simile inscribatur ita, ut circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat quam maior magnitudo ad minorem [cf. prop. 4].

Hoc quoque adparet, dato circulo uel sectore et spatio fieri posse, ut in circulo uel sectore polygona aequilatera inscribentes et deinceps in segmentis relictis aliquando segmenta circuli uel sectoris relinquamus eiusmodi, quae minora sint dato spatio; haec enim in Elementis tradita sunt.[2])

Demonstrandum uero, dato circulo uel sectore et spatio fieri posse, ut circum circulum uel sectorem polygonum circumscribatur ita, ut segmenta relicta figurae circumscriptae minora sint dato spatio; licebit enim, cum in circulo de-

1) Nam $\Gamma : \Delta < E : Z$.

2) Eucl. elem. XII, 2 (p. 144, 6 ed. meae): *τέμνοντες δὴ τὰς ὑπολειπομένας περιφερείας δίχα καὶ ἐπιζευγνύντες εὐθείας καὶ τοῦτο ἀεὶ ποιοῦντες καταλείψομέν τινα ἀποτμήματα τοῦ κύκλου, ἃ ἔσται ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ* ΕΖΗΘ *κύκλος τοῦ Σ χωρίου*; cfr. X, 1.

περιγεγράφθω περὶ τὸν κύκλον πολύγωνον καὶ ἄλλο ἐγγεγράφθω, ὥστε τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸ εἰρημένον μεῖζον μέγεθος πρὸς τὸ ἔλασσον. τοῦτο δὴ τὸ περιγραφόμενον πολύγωνόν ἐστιν, οὗ τὰ περιλείμματα ἔσται ἐλάσσονα τοῦ προτεθέντος χωρίου τοῦ Β.

εἰ γὰρ τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ Β χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον, τοῦ δὲ ἐγγραφομένου μείζων ὁ κύκλος, πολλῷ μᾶλλον τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸν κύκλον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ Β χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον· καὶ διελόντι ἄρα τὰ ἀπολείμματα τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὸν κύκλον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Β χωρίον πρὸς τὸν κύκλον· ἐλάσσονα ἄρα τὰ ἀπολείμματα τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου τοῦ Β χωρίου. ἢ οὕτως· ἐπεὶ τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸν κύκλον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ Β χωρίον πρὸς τὸν κύκλον, διὰ τοῦτο δὴ ἔλασσον ἔσται τὸ περιγραφὲν συναμφοτέρου· ὥστε καὶ ὅλα τὰ περιλείμματα ἐλάσσονα ἔσται τοῦ χωρίου τοῦ Β. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τομέως.



5 *περιλείμματα*] EH, *περιλιμματα* A. 15 *ἀπολείμματα*] E, *απολιμματα* A. 26 *περιλείμματα*] F, *περιλιμματα* A. 27 *ἐπί*] addidi, om. AB, in mg. B[2].

monstrauerimus, eandem ratiocinationem ad sectorem transferre.[1])

sit datus circulus A et spatium aliquod B. itaque fieri potest, ut circumscribatur circum circulum polygonum ita, ut segmenta inter circuli polygonique ambitus comprehensa minora sint spatio B; nam datis duabus magnitudinibus inaequalibus, quarum maior est spatium simul cum circulo, minor autem ipse circulus, circumscribatur circum circulum polygonum et aliud inscribatur ita, ut circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat quam maior magnitudo ad minorem [prop. 5]. tum polygonum circumscriptum eiusmodi erit, cuius segmenta relicta minora sint spatio dato, quod est B.

nam si quidem polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habet quam $A + B : A$, circulus A autem maior est polygono inscripto [p. 10, 1], multo magis polygonum circumscriptum ad A circulum minorem rationem habet quam $A + B : B$; itaque subtrahendo [per conuersionem propositionis ab Eutocio ad prop. 2 demonstratae, u. p. 13 not. 2; cfr. Eucl. V, 17] segmenta polygoni circumscripti ad circulum minorem habent rationem quam B spatium ad circulum; ergo segmenta relicta polygoni circumscripti minora erunt spatio B [Eucl. V, 10]. uel hoc modo: quoniam polygonum circumscriptum ad circulum minorem rationem habet quam circulus simul cum B spatio ad circulum, polygonum circumscriptum minus erit quam $A + B$;[2]) quare segmenta relicta omnia minora erunt spatio B.

similiter etiam in sectore ratiocinandum.

---

1) Demonstratio eadem est, nisi quod pro prop. 5 ea usurpanda sunt, quae initio prop. 6 dicta sunt.

2) Ex Eutocio adparet, Archimedem lin. 24—25 scripsisse: *διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφ.* ceterum Archimedes uix duas demonstrationes dederat; genuinam hanc fere fuisse puto (Quaest. Arch. p. 74): *τὸ οὖν περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τὸ συναμφότερον ὅ τε κύκλος καὶ τὸ Β χωρίον πρὸς αὐτὸν τὸν κύκλον. διὰ δὴ τοῦτο ἔλασσόν ἐστι τὸ περιγραφόμενον τοῦ συναμφοτέρου· ὥστε καὶ τὰ περιλείμματα ἐλάσσονα ἔσται τοῦ Β χωρίου.*

ζ΄.

Ἐὰν ἐν ἰσοσκελεῖ κώνῳ πυραμὶς ἐγγραφῇ ἰσόπλευρον ἔχουσα βάσιν, ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι ἴσην τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως, ὕψος δὲ τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ μίαν πλευρὰν τῆς βάσεως κάθετον ἀγομένην.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ $ΑΒΓ$ κύκλος, καὶ εἰς αὐτὸν ἐγγεγράφθω πυραμὶς ἰσόπλευρον ἔχουσα βάσιν τὸ $ΑΒΓ$· λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια αὐτῆς χωρὶς τῆς βάσεως ἴση ἐστὶ τῷ εἰρημένῳ τριγώνῳ.

ἐπεὶ γὰρ ἰσοσκελὴς ὁ κῶνος, καὶ ἰσόπλευρος ἡ βάσις τῆς πυραμίδος, τὰ ὕψη τῶν περιεχόντων τριγώνων τὴν πυραμίδα ἴσα ἐστὶν ἀλλήλοις. καὶ βάσιν μὲν ἔχει τὰ τρίγωνα τὰς $ΑΒ$, $ΒΓ$, $ΓΑ$, ὕψος δὲ τὸ εἰρημένον· ὥστε τὰ τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τριγώνῳ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἴσην ταῖς $ΑΒ$, $ΒΓ$, $ΓΑ$, ὕψος δὲ τὴν εἰρημένην εὐθεῖαν [τουτέστιν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος χωρὶς τοῦ $ΑΒΓ$ τριγώνου].

[σαφέστερον ἄλλως ἡ δεῖξις.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις μὲν ὁ $ΑΒΓ$ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ $Δ$ σημεῖον, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν κῶνον πυραμὶς βάσιν [μὲν] ἔχουσα ἰσόπλευρον τρίγωνον τὸ $ΑΒΓ$, καὶ ἐπεξεύχθωσαν αἱ $ΔΑ$, $ΔΓ$, $ΔΒ$· λέγω, ὅτι τὰ $ΑΔΒ$, $ΑΔΓ$, $ΒΔΓ$ τρίγωνα ἴσα ἐστὶ τριγώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ περιμέτρῳ τοῦ $ΑΒΓ$ τριγώνου, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν κάθετος ἴση τῇ καθέτῳ τῇ ἀπὸ τοῦ $Δ$ ἐπὶ τὴν $ΒΓ$ ἀγομένῃ.

9 τό] ipsā corr. ex ipsi B, τῷ A. **19** η΄ A (del. G²), non habet B. **20** ἔστω] BG², ωστε A. **22** πυραμίς] rursus inc C. μέν] deleo, quidem del. B. **24** $ΑΔΓ$] mg. B². $ΒΔΓ$] AB, om. C. **28** ἀγομένῃ] scripsi, αγομενην AC (ad latus *bg* B).

VII.

Si in cono aequicrurio inscribitur pyramis aequilateram basim habens, superficies eius praeter basim aequalis est triangulo basim habenti perimetro basis aequalem, altitudinem autem rectam a uertice ad latus aliquod basis perpendicularem ductam.

sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus $AB\Gamma$, et in eo inscribatur pyramis basim aequilateram habens, quae sit $AB\Gamma$; dico, eius superficiem praeter basim aequalem esse triangulo, quem significauimus.

4) Hanc demonstrationem et similem lin. 4—9 subditiuas esse suspicor; turbant enim sententiarum nexum (τε—καί lin. 13—19), nec intellegitur, aut cur additae sint, cum dictum sit: φανερὸν ἐκ τῶν δεδειγμένων (lin. 1, 13), aut cur Archimedes, si eas addere uoluerit, ceteris duobus lemmatis (lin. 9, 19) demonstrationes non adiunxerit.

5) Hanc propositionem ut tertiam decimam citat Pappus I p. 394, 11.

ἔστω κυλίνδρου τινὸς ὀρθοῦ βάσις ὁ Α κύκλος, καὶ ἔστω τῇ μὲν διαμέτρῳ τοῦ Α κύκλου ἴση ἡ ΓΔ, τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κυλίνδρου ἡ ΕΖ, ἐχέτω δὲ μέσον λόγον τῶν ΔΓ, ΕΖ ἡ Η, καὶ κείσθω κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ Η, ὁ Β· δεικτέον, ὅτι ὁ Β κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῆς βάσεως.

εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσος, ἤτοι μείζων ἐστὶ ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον, εἰ δυνατόν, ἐλάσσων. δύο δὴ μεγεθῶν ὄντων ἀνίσων τῆς τε ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου καὶ τοῦ Β κύκλου δυνατόν ἐστιν εἰς τὸν Β κύκλον ἰσόπλευρον πολύγωνον ἐγγράψαι καὶ ἄλλο περιγράψαι, ὥστε τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον. νοείσθω δὴ περιγεγραμμένον καὶ ἐγγεγραμμένον, καὶ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγράφθω εὐθύγραμμον ὅμοιον τῷ περὶ τὸν Β περιγεγραμμένῳ, καὶ ἀναγεγράφθω ἀπὸ τοῦ εὐθυγράμμου πρίσμα· ἔσται δὴ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένον. ἔστω δὲ καὶ τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου τοῦ περὶ τὸν Α κύκλον ἴση ἡ ΚΔ καὶ τῇ ΚΔ ἴση ἡ ΛΖ, τῆς δὲ ΓΔ ἡμίσεια ἔστω ἡ ΓΤ· ἔσται δὴ τὸ ΚΔΤ τρίγωνον ἴσον τῷ περιγεγραμμένῳ εὐθυγράμμῳ περὶ τὸν Α κύκλον [ἐπειδὴ βάσιν μὲν ἔχει τῇ περιμέτρῳ ἴσην, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Α κύκλου], τὸ δὲ ΕΛ παραλληλόγραμμον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος τοῦ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένου [ἐπειδὴ περιέχεται ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου καὶ τῆς ἴσης τῇ περιμέτρῳ τῆς βάσεως τοῦ πρίσματος]. κείσθω δὴ τῇ ΕΖ

---

3 ἐχέτω] BCHG, εχετο D, εἴχετο E. 12 εγ^{γ}ραψαι A.

est circulo, cuius radius media est proportionalis[1]) inter latus cylindri et diametrum basis cylindri.

sit A circulus basis cylindri recti, et recta $\Gamma\Delta$ diametro circuli A, recta EZ lateri cylindri aequalis sit, recta autem H media sit proportionalis[1]) inter $\Delta\Gamma$, EZ, et ponatur B circulus, cuius radius aequalis sit rectae H; demonstrandum, circulum B aequalem esse superficiei cylindri praeter bases.

nam si aequalis non est, aut maior est aut minor. sit prius, si fieri potest, minor. datis igitur duabus magnitudinibus inaequalibus, superficie cylindri et circulo B, fieri potest, ut in circulo B inscribatur polygonum aequilaterum, et aliud circumscribatur ita, ut polygonum circumscriptum ad inscriptum rationem minorem habeat quam superficies cylindri ad circulum B [prop. 5]. fingatur igitur circumscriptum et inscriptum in circulo B et circum A circulum circumscriptum polygonum simile figurae circum B circulum circumscriptae,[2]) et in eo construatur prisma;[3]) erit igitur circum cylindrum circumscriptum. praeterea autem recta $K\Delta$ perimetro figurae rectilinae circum A circulum circumscriptae aequalis sit, et $\Lambda Z = K\Delta$, rectae autem $\Gamma\Delta$ dimidium sit ΓT; itaque triangulus $K\Delta T$ aequalis erit figurae circum A circulum circumscriptae,[4]) parallelogrammum autem $E\Lambda$ superficiei prismatis circum cylindrum circumscripti.[5]) ponatur igitur

1) Archimedes hic et lin. 3—4 scripsit *μέση ἀνάλογόν ἐστι* (Quaest. Arch. p. 70).

2) Lin. 15 sq. Archimedes scripserat: *νοείσθω δὴ εἰς τὸν B κύκλον περιγεγραμμένον καὶ ἐγγεγραμμένον καὶ περὶ τὸν A κύκλον περιγεγραμμένον ὅμοιον τῷ περὶ τὸν B περιγεγραμμένῳ*; u. Eutocius.

3) Hic add. B mg.: e q u a l i s a l t i d u d i n i s c h y l i n d r o; nec hoc omiserat Archimedes.

4) Quia basis $K\Delta$ aequalis est perimetro polygoni, altitudo autem ΔT aequalis radio circuli A siue radio minori polygoni; cfr. ZMP. XXIV p. 180 nr. 12.

5) Quia basis EZ aequalis est perimetro polygoni, quod prismatis basis est, altitudo autem ΛZ aequalis lateri cylindri.

19 δέ] scripsi, δη ABC. 22 ΓT] AB, $(\Delta)T$ C. 23 τῷ] C, το A.

ἴση ἡ ΕΡ· ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ ΖΡΛ τρίγωνον τῷ ΕΛ παραλληλογράμμῳ, ὥστε καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος. καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστιν τὰ εὐθύγραμμα τὰ περὶ τοὺς Α, Β κύκλους περιγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον [τὰ εὐθύγραμμα], ὅνπερ αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει· ἕξει ἄρα τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ περὶ τὸν Β κύκλον εὐθύγραμμον λόγον, ὃν ἡ ΤΔ πρὸς Η δυνάμει [αἱ γὰρ ΤΔ, Η ἴσαι εἰσὶν ταῖς ἐκ τῶν κέντρων]. ἀλλ' ὃν ἔχει λόγον ἡ ΤΔ πρὸς Η δυνάμει, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ μήκει [ἡ γὰρ Η τῶν ΤΔ, ΡΖ μέση ἐστὶ ἀνάλογον διὰ τὸ καὶ τῶν ΓΔ, ΕΖ· πῶς δὲ τοῦτο; ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΔΤ τῇ ΤΓ, ἡ δὲ ΡΕ τῇ ΕΖ, διπλασία ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΔ τῆς ΤΔ, καὶ ἡ ΡΖ τῆς ΡΕ· ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΔΓ πρὸς ΔΤ, οὕτως ἡ ΡΖ πρὸς ΖΕ. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΕΖ ἴσον ἐστὶν τῷ ὑπὸ τῶν ΤΔ, ΡΖ. τῷ δὲ ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΕΖ ἴσον ἐστὶν τὸ ἀπὸ Η· καὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΤΔ, ΡΖ ἄρα ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς Η. ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΤΔ πρὸς Η, οὕτως ἡ Η πρὸς ΡΖ· ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ, τὸ ἀπὸ τῆς ΤΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Η· ἐὰν γὰρ τρεῖς εὐθεῖαι ἀνάλογον ὦσιν, ἔστιν, ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν τρίτην, τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης εἶδος πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας εἶδος τὸ ὅμοιον καὶ ὁμοίως ἀναγεγραμμένον]· ὃν δὲ λόγον ἔχει ἡ ΤΔ πρὸς ΡΖ μήκει, τοῦτον ἔχει τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΡΛΖ [ἐπειδήπερ ἴσαι εἰσὶν αἱ ΚΔ, ΛΖ]· τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον, ὅνπερ τὸ ΤΚΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΡΖΛ τρίγωνον.

---

3 *ἐστιν*] C, *εστι* A. **7** *λόγον*] AB, om. (C). **8** *Η*] (C), *το Η* A. *τῶν κέντρων*] CG, *του κεντρου* AB. **10** *λόγον*] λ_{o} C.

rectae EZ aequalis EP; itaque triangulus $Z P \Lambda$ aequalis est parallelogrammo $E\Lambda$ [Eucl. I, 41]; quare etiam superficiei prismatis. et quoniam similes sunt figurae rectilineae circum A, B circulos circumscriptae, eandem rationem habebunt[1]) quam radii quadrati [u. Eutocius]; habebit igitur triangulus $KT\Delta$ ad figuram rectilineam circum B circulum circumscriptam eandem rationem, quam $T\Delta^2 : H^2$.



sed

$$T\Delta^2 : H^2 = T\Delta : PZ,^2)$$

et

$$T\Delta : PZ = KT\Delta : P\Lambda Z;^3)$$

quare triangulus $KT\Delta$ ad figuram rectilineam circum B circulum circumscriptam eandem rationem habet, quam trian-

---

1) τὰ εὐθύγραμμα lin. 5 deleri uoluit Torellius probante Nizzio. et ex Eutocio adparet Archimedem scripsisse: τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον, ὅνπερ.

2) Nam ex hypothesi est $H^2 = \Delta\Gamma \times EZ$ et $\Delta\Gamma = 2T\Delta$, $EZ = \frac{1}{2}PZ$; quare $H^2 = T\Delta \times PZ$, h. e. $T\Delta : H = H : PZ$; tum u. Eucl. VI, 20 coroll. 2. demonstrationem subditiuam p. 56 10—24 nimis uerbosam esse, iam Nizzius p. 57 not. β intellexit; idem p. 270 uerba πῶς δὲ τοῦτο deleri uult; sed cfr. p. 40, 22.

3) Ex Eucl. VI, 1, quia ex hypothesi $\Lambda Z = K\Delta$.

---

13 $T\Gamma$] ΓT (C). **16** ἐστίν] C, εστι A. τῷ (alt.)] corr. ex τό in scrib. C. **17** ἐστίν] C, εστι A. **20** ὡς] *Basil.*, om. ABC. **23** πρός] AB, καί C.

ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ ΖΛΡ τρίγωνον τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ εὐθυγράμμῳ· ὥστε καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περὶ τὸν Α κύλινδρον περιγεγραμμένου τῷ εὐθυγράμμῳ τῷ περὶ τὸν Β κύκλον ἴση ἐστίν. καὶ ἐπεὶ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Α κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον, ἐλάσσονα λόγον ἕξει καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περὶ τὸν κύλινδρον περιγεγραμμένου πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ κύκλῳ τῷ Β ἐγγεγραμμένον ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον· καὶ ἐναλλάξ· ὅπερ ἀδύνατον [ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ πρίσματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν κύλινδρον μείζων οὖσα δέδεικται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τῷ Β κύκλῳ ἔλασσόν ἐστιν τοῦ Β κύκλου]. οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁ Β κύκλος ἐλάσσων τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου.

ἔστω δή, εἰ δυνατόν, μείζων. πάλιν δὴ νοείσθω εἰς τὸν Β κύκλον εὐθύγραμμον ἐγγεγραμμένον καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἢ τὸν Β κύκλον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸν Α κύκλον πολύγωνον ὅμοιον τῷ εἰς τὸν Β κύκλον ἐγγεγραμμένῳ, καὶ πρίσμα ἀναγεγράφθω ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ κύκλῳ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου· καὶ πάλιν ἡ ΚΔ ἴση ἔστω τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου τοῦ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένου, καὶ ἡ ΖΛ ἴση αὐτῇ ἔστω. ἔσται δὴ τὸ μὲν ΚΤΔ τρί-

1 τῷ] A, τό C. 3 Α] om. B. 4 τῷ (alt.)] τό (C). ἐστίν] C, εστι A. 5 λόγον] $\overset{\lambda}{o}$ C. 10 ἐγγεγραμμένον] C, γεγραμμενον AB.

gulus $TK\Delta$ ad triangulum $PZ\Lambda$ [u. Eutocius]. itaque triangulus $Z\Lambda P$ figurae rectilineae circum B circulum circumscriptae aequalis est [Eucl. V, 9]; quare etiam superficies prismatis circum A cylindrum circumscripti aequalis est figurae rectilineae circum B circulum circumscriptae. et quoniam figura rectilinea circum B circulum circumscripta ad figuram in circulo inscriptam minorem rationem habet quam superficies A cylindri ad B circulum [ex hypothesi], etiam superficies prismatis circum cylindrum circumscripti ad figuram in circulo B inscriptam minorem rationem habebit quam superficies cylindri ad B circulum; permutando igitur ⟨prisma ad cylindrum minorem rationem habet quam figura in circulo B inscripta ad B circulum⟩;[1]) quod absurdum est [u. Eutocius].[2]) ergo fieri non potest, ut B circulus minor sit superficie cylindri.

iam, si fieri potest, maior sit. rursus igitur fingatur figura rectilinea in circulo B inscripta et alia circumscripta ita, ut figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habeat quam B circulus ad superficiem cylindri [prop. 5], et inscribatur in circulo A polygonum simile polygono in circulo B inscripto, et prisma in polygono in circulo ⟨A⟩ inscripto construatur; et rursus recta $K\Delta$ aequalis sit perimetro figurae rectilineae in circulo A inscriptae, et recta $Z\Lambda$ ei aequalis

---

1) Archimedes pro *καὶ ἐναλλάξ· ὅπερ ἀδύνατον* p. 58, 12 scripserat: *ἐναλλὰξ ἄρα ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ πρίσμα πρὸς τὸν κύλινδρον ἤπερ τὸ ἐγγεγραμμένον εἰς τὸν B κύκλον πολύγωνον πρὸς τὸν B κύκλον· ὅπερ ἄτοπον*, ut ex Eutocio adparet.

2) Sequentia uerba p. 58, 12—16 subditiua esse, adparet ex Eutocio.

---

15 *ἐγγεγραμμένον*] C, postea B, *γεγραμμενον* AB. **16** *ἔστιν*] C, *εστι* A. **19** *δή* (utr.)] scripsi, *δε* ABC. **20** *καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον*] AB, om. C. **22** *ἔχειν*] CG, *εχει* A. *ἤ*] AB, *ἤπερ* C. **25** *ἐγγεγραμμένῳ*] (C)GE[2], *εγγεγραμμενον* A. **27** *ἔστω*] sit in ras. B, *εστι* D, *ἐστιν* G, comp. CE.

γωνον μεῖζον τοῦ εὐθυγράμμου τοῦ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένου [διότι βάσιν μὲν ἔχει τὴν περίμετρον αὐτοῦ, ὕψος δὲ μεῖζον τῆς ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου ἀγομένης καθέτου], τὸ δὲ ΕΛ παραλληλόγραμμον ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος τῇ ἐκ τῶν παραλληλογράμμων συγκειμένῃ [διότι περιέχεται ὑπὸ τῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου καὶ τῆς ἴσης τῇ περιμέτρῳ τοῦ εὐθυγράμμου, ὅ ἐστιν βάσις τοῦ πρίσματος]· ὥστε καὶ τὸ ΡΛΖ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ πρίσματος. καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ εὐθύγραμμα τὰ ἐν τοῖς Α, Β κύκλοις ἐγγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων αὐτῶν δυνάμει. ἔχει δὲ καὶ τὰ ΚΤΔ, ΖΡΛ τρίγωνα πρὸς ἄλληλα λόγον, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων δυνάμει· τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β ἐγγεγραμμένον καὶ τὸ ΚΤΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΛΖΡ τρίγωνον. ἔλασσον δέ ἐστι τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Α κύκλῳ ἐγγεγραμμένον τοῦ ΚΤΔ τριγώνου· ἔλασσον ἄρα καὶ τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β κύκλῳ ἐγγεγραμμένον τοῦ ΖΡΛ τριγώνου· ὥστε καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ πρίσματος τοῦ ἐν τῷ κυλίνδρῳ ἐγγεγραμμένου· ὅπερ ἀδύνατον [ἐπεὶ γὰρ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ περιγεγραμμένον εὐθύγραμμον περὶ τὸν Β κύκλον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἢ ὁ Β κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κυλίνδρου, καὶ ἐναλλάξ, μεῖζον δέ ἐστι τὸ περιγεγραμμένον περὶ τὸν Β κύκλον τοῦ Β κύκλου, μεῖζον ἄρα ἐστὶν τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ Β κύκλῳ τῆς ἐπιφανείας τοῦ

---

3 ἐπί] *Torellius*, πλευρας επι AC; eo (in ras.) qui a centro

sit. triangulus igitur $KT\Delta$ maior erit figura rectilinea in circulo A inscripta,[1]) parallelogrammum autem EA aequale superficiei prismatis ex parallelogrammis compositae;[2]) quare etiam triangulus PAZ aequalis est superficiei prismatis [p. 56, 1]. et quoniam figurae rectilineae in circulis A, Z inscriptae similes sunt, eandem inter se rationem habent, quam radii circulorum quadrati [Eucl. XII, 1]. sed etiam trianguli $KT\Delta$, ZPA eandem inter se rationem habent, quam radii circulorum quadrati;[3]) itaque figura rectilinea in circulo A inscripta ad figuram in circulo B inscriptam eandem rationem habet, quam triangulus $KT\Delta$ ad triangulum AZP. minor autem est figura rectilinea in circulo A inscripta triangulo $KT\Delta$; itaque etiam figura rectilinea in circulo B inscripta minor est triangulo ZPA; quare etiam superficie prismatis in cylindro inscripti; quod fieri nequit.[4]) itaque fieri non potest, ut circulus B maior sit superficie cylindri. demonstratum est autem, ne minorem quidem eum esse; ergo aequalis est.

1) Basis enim $K\Delta$ aequalis est perimetro polygoni, altitudo autem ΔT, quae aequalis est radio circuli A, maior quam radius minor polygoni. uerba lin. 2—4 Archimedis non sunt; u. p. 54, 24.

2) U. p. 55 not. 4. quae sequuntur lin. 6—9 subditiua sunt; cfr. p. 54, 27.

3) Nam $KT\Delta : ZPA = T\Delta : ZP = T\Delta^2 : H^2$ (p. 57 not. 2); sed $T\Delta$ aequalis est radio circuli A et H radio circuli B.

4) Nam quoniam figura circum B circumscripta ad figuram inscriptam minorem rationem habet quam circulus B ad superficiem cylindri, et B circulus $<$ figura circumscripta, figura inscripta maior erit superficie cylindri, et multo magis superficie prismatis (prop. 12 p. 52, 13). sequentia uerba lin. 23—p. 62, 1 deleo; cfr. p. 59 not. 2.

ad B. **5** τῇ] AB, (ἐν) τῇ C. **8** ὅ] quod corr. ex qui B, ος AC. ἐστιν] G, ἐστι DEH, comp. C. **16** A — **17** τῷ] AB, om. C. **20** καί] AB, om. C.

κυλίνδρου· ὥστε καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ πρίσματος]. οὐκ ἄρα μείζων ἐστὶν ὁ Β κύκλος τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων· ἴσος ἄρα ἐστίν.

ιδ'.

Παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς χωρὶς τῆς βάσεως ἡ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς πλευρᾶς τοῦ κώνου καὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, ὅς ἐστιν βάσις τοῦ κώνου.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ Α κύκλος, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου ἔστω ἡ Γ, τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κώνου ἔστω ἴση ἡ Δ, τῶν δὲ Γ, Δ μέση ἀνάλογον ἡ Ε, ὁ δὲ Β κύκλος ἐχέτω τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῇ Ε ἴσην· λέγω, ὅτι ὁ Β κύκλος ἐστὶν ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου χωρὶς τῆς βάσεως.

εἰ γὰρ μή ἐστιν ἴσος, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον ἐλάσσων. ἔστι δὴ δύο μεγέθη ἄνισα ἥ τε ἐπιφάνεια τοῦ κώνου καὶ ὁ Β κύκλος, καὶ μείζων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου· δυνατὸν ἄρα εἰς τὸν Β κύκλον πολύγωνον ἰσόπλευρον ἐγγράψαι καὶ ἄλλο περιγράψαι ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον. νοείσθω δὴ καὶ περὶ τὸν Α κύκλον πολύγωνον περιγεγραμμένον ὅμοιον τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ, καὶ ἀπὸ τοῦ περὶ τὸν Α κύκλον περιγεγραμμένου πολυγώνου πυραμὶς ἀνεστάτω ἀναγεγραμμένη τὴν αὐτὴν κορυφὴν ἔχουσα τῷ κώνῳ. ἐπεὶ οὖν ὅμοιά ἐστιν τὰ πολύγωνα τὰ περὶ τοὺς Α, Β κύκλους περιγεγραμμένα,

---

2 *ἐστίν*] C, εστι A. 3 *ἴσος*] AB, *ἴσον* C. 5 *ιδ*] B, *ιε'* A(C).

XIV.

Superficies cuiusuis coni aequicrurii praeter basim aequalis est circulo, cuius radius media proportionalis est[1]) inter latus coni et radium circuli, qui basis est coni.[2])

sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus *A*, radius autem eius sit recta *Γ*, et lateri coni aequalis sit recta *Δ*, et inter *Γ*, *Δ* media proportionalis recta *E*, circulus autem *B* radium rectae *E* aequalem habeat; dico, circulum *B* aequalem esse superficiei coni praeter basim.

nam si aequalis non est, aut maior est aut minor. prius minor sit. sunt igitur duae magnitudines inaequales, superficies coni et *B* circulus, quarum maior est superficies coni; itaque fieri potest, ut in circulo *B* polygonum aequilaterum inscribatur et aliud circumscribatur simile inscripto ita, ut polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat quam superficies coni ad *B* circulum [prop. 5]. fingatur igitur polygonum circum *A* circulum circumscriptum simile polygono circum *B* circumscripto, et in polygono circum *A* circulum circumscripto pyramis construatur eundem habens uerticem, quem habet conus. iam quoniam similia sunt polygona circum *A*, *B* circulos circumscripta,



1) Archimedem scripsisse puto lin. 7—8: μέση ἐστὶν ἀνάλογον; cfr. p. 55 not. 1.

2) Hanc propositionem ut XIVmam citat Pappus I p. 390, 16. sed uerba ipsa Archimedis interpolator addidit, ut recte suspicatus est Hultschius; neque enim Pappi temporibus scripta Archimedis in linguam communem conuersa circumferebantur, quod post Eutocium demum factum est (Quaest. Arch. p. 77—78).

6 ἡ ἐπιφάνεια χωρὶς τῆς βάσεως Pseudopappus. 7 ἐστίν idem. 8 λόγον] ἀνάλογον idem. 9 ἐστιν] idem, C, εστι A. 10 κύκλος] ○ C. 13 *B*] AB, om. C. 22 ἔχειν] C, εχει A. 26 περι | περιγεγραμμένον C. 28 ἐστιν] C, εστι A.

τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάμει πρὸς ἀλλήλας, τουτέστιν ὃν ἔχει ἡ Γ πρὸς Ε δύναμει, τουτέστιν ἡ Γ πρὸς Δ μήκει. ὃν δὲ λόγον ἔχει ἡ Γ πρὸς Δ μήκει, τοῦτον ἔχει τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον περὶ τὸν Α κύκλον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς περιγεγραμμένης περὶ τὸν κῶνον [ἡ μὲν γὰρ Γ ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου καθέτῳ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου, ἡ δὲ Δ τῇ πλευρᾷ τοῦ κώνου· κοινὸν δὲ ὕψος ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου πρὸς τὰ ἡμίση τῶν ἐπιφανειῶν]· τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Α κύκλον πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον καὶ αὐτὸ τὸ εὐθύγραμμον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς περιγεγραμμένης περὶ τὸν κῶνον· ὥστε ἴση ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῷ εὐθυγράμμῳ τῷ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένῳ. ἐπεὶ οὖν ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον, ἐλάσσονα λόγον ἕξει ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῆς περὶ τὸν κῶνον περιγεγραμμένης πρὸς τὸ εὐθύγραμμον τὸ ἐν τῷ Β κύκλῳ ἐγγεγραμμένον ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν Β κύκλον· ὅπερ ἀδύνατον [ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος μείζων οὖσα δέδεικται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον εὐθύγραμμον ἐν τῷ Β κύκλῳ ἔλασσον ἔσται τοῦ Β κύκλου]. οὐκ ἄρα ὁ Β κύκλος ἐλάσσων ἔσται τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου.

λέγω δή, ὅτι οὐδὲ μείζων. εἰ γὰρ δυνατόν ἐστιν, ἔστω μείζων. πάλιν δὴ νοείσθω εἰς τὸν Β κύκλον

---

3 τουτέστιν] τουτ(έστιν) C, τουτεστι A. 4 ἡ Γ — ἔχει]

eandem habent rationem inter se, quam radii circulorum quadrati [p. 60, 10], h. e. quam habet $\Gamma^2 : E^2 = \Gamma : \Delta$ [Eucl. VI, 20 coroll. 2]. sed quam rationem habet Γ ad Δ, eam habet polygonum circumscriptum circum A circulum ad superficiem pyramidis circum conum circumscriptae;[1]) eandem igitur rationem habet figura rectilinea circum A circulum circumscripta ad figuram circum B circumscriptam, quam haec ipsa figura[2]) ad superficiem pyramidis circum conum circumscriptae; quare superficies pyramidis aequalis est figurae rectilineae circum B circulum circumscriptae [Eucl. V, 9]. iam quoniam minorem rationem habet figura rectilinea circum B circulum circumscripta ad figuram inscriptam quam superficies coni ad B circulum, minorem rationem habebit superficies pyramidis circum conum circumscriptae ad figuram rectilineam in circulo B inscriptam quam superficies coni ad B circulum; quod fieri non potest.[3]) itaque fieri non potest, ut B circulus minor sit superficie coni.

dico igitur, eum ne maiorem quidem esse. sit enim, si fieri potest, maior. rursus igitur fingatur in circulo B poly-

---

1) Nam polygonum circumscriptum aequale est triangulo, cuius basis est perimetro polygoni aequalis, altitudo autem rectae Γ (p. 55 not. 4), et superficies pyramidis triangulo eandem basim habenti, altitudinem autem rectam Δ (prop. 8); tum u. Eucl. VI, 1; ZMP. XXIV p. 179 nr. 7. obscuritas uerborum proxime sequentium lin. 7—10 interpolatori, non Archimedi imputanda est (pro ἡμίση lin. 10 διπλάσια substitui uult Hauber). lin. 1 τῶν κέντρων *Basil.*, et hoc scripserat Archimedes; cfr. p. 56, 8.

2) H. e. figura rectilinea circum A circulum circumscripta.

3) Nam superficies pyramidis maior est superficie coni (prop. 12 p. 52, 9), sed polygonum inscriptum minus circulo B.

---

mg. C. **10** πρός] AB, καί C. **11** τό (alt.)] τ(ῷ) C. (A) C. **12** πρός—κύκλον] AB, om. C. αὐτὸ τό] fort. τὸ αὐτό; cfr. tamen p. 66, 22. **14** περιγεγραμμένης] in περι- des. C. **16** περιγεγραμμένῳ] G, περιγεγραμμενη A. ἐλάσσονα] GH, ελασσο D, ἐλάσσω E. **26** ἔσται] comp. A, erit B, ἐστι *Torellius*. **29** δή] scripsi, δε AB.

πολύγωνον ἐγγεγραμμένον καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ὁ *Β* κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου, καὶ εἰς τὸν *Α* κύκλον νοείσθω ἐγγεγραμμένον πολύγωνον ὅμοιον τῷ εἰς τὸν *Β* κύκλον ἐγγεγραμμένῳ, καὶ ἀναγεγράφθω ἀπ' αὐτοῦ πυραμὶς τὴν αὐτὴν κορυφὴν ἔχουσα τῷ κώνῳ. ἐπεὶ οὖν ὅμοιά ἐστι τὰ ἐν τοῖς *Α*, *Β* κύκλοις ἐγγεγραμμένα, τὸν αὐτὸν ἕξει λόγον πρὸς ἄλληλα, ὃν αἱ ἐκ τῶν κέντρων δυνάμει πρὸς ἀλλήλας· τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον πρὸς τὸ πολύγωνον καὶ ἡ *Γ* πρὸς τὴν *Δ* μήκει. ἡ δὲ *Γ* πρὸς τὴν *Δ* μείζονα λόγον ἔχει ἢ τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ *Α* κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς ἐγγεγραμμένης εἰς τὸν κῶνον [ἡ γὰρ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ *Α* κύκλου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀγομένη κάθετος ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου πρὸς τὴν ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου κάθετον ἀγομένην ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου]· μείζονα ἄρα λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ *Α* κύκλῳ ἐγγεγραμμένον πρὸς τὸ πολύγωνον τὸ ἐν τῷ *Β* ἐγγεγραμμένον ἢ αὐτὸ τὸ πολύγωνον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τοῦ ἐν τῷ *Β* πολυγώνου ἐγγεγραμμένου. ἐλάσσονα δὲ λόγον ἔχει τὸ πολύγωνον τὸ περὶ τὸν *Β* κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἢ ὁ *Β* κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου· πολλῷ ἄρα τὸ πολύγωνον τὸ περὶ τὸν *Β* κύκλον περιγεγραμμένον πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς πυραμίδος τῆς ἐν τῷ κώνῳ

---

3 ἔχειν] G, εχει A. 4 τόν] GH, το DE. 18 πρὸς τὴν

gonum inscriptum et aliud circumscriptum ita, ut polygonum circumscriptum ad inscriptum minorem rationem habeat quam *B* circulus ad superficiem coni [prop. 5], et in circulo *A* fingatur inscriptum polygonum simile polygono in circulo *B* inscripto, et in eo pyramis construatur eundem uerticem habens, quem habet conus. iam quoniam polygona in circulis *A*, *E* inscripta similia sunt, eandem habebunt rationem inter se, quam radii quadrati [Eucl. XII, 1]; polygona igitur inter se eandem habent rationem, quam $\Gamma : \Delta$ [Eucl. VI, 20 coroll. 2]. sed $\Gamma : \Delta$ maiorem rationem habet quam polygonum in circulo *A* inscriptum ad superficiem pyramidis in cono inscriptae [u. Eutocius]; maiorem igitur rationem habet polygonum in circulo *A* inscriptum ad polygonum in circulo *B* inscriptum quam hoc ipsum polygonum[1]) ad superficiem pyramidis; maior igitur est superficies pyramidis polygono in circulo *B* inscripto. minorem autem rationem habet polygonum circum *B* circulum circumscriptum ad polygonum inscriptum quam *B* circulus ad superficiem coni; multo igitur minorem rationem habet polygonum circum *B* circulum circumscriptum ad superficiem pyramidis in cono inscriptae quam *B* circulus ad superficiem coni; quod fieri non potest.[2]) itaque ne hoc quidem fieri potest, ut maior sit circulus ⟨*B*⟩ superficie coni. demonstratum autem est, eum ne minorem quidem esse; ergo aequalis est.

---

1) H. e. polygonum in circulo *A* inscriptum.

2) Nam polygonum circumscriptum maius est circulo *B*, superficies uero pyramidis inscriptae minor superficie coni (prop. 12 p. 52, 1). sed quibus hoc ipsum continetur uerbis lin. 15—19 in suspicionem uocantur uerbis p. 58, 12 sq. damnatis (p. 59 not. 2); cfr. p. 61 not. 4.

ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου] *Basil.*, om AB, super unum latus polygonii mg. B. 22 *αὐτὸ τό*] fort. *τὸ αὐτό*; cfr. p. 64, 12; ipsum e corr. B.

ἐγγεγραμμένης ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ ὁ B κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κώνου· ὅπερ ἀδύνατον [τὸ μὲν γὰρ περιγεγραμμένον πολύγωνον μεῖζόν ἐστιν τοῦ B κύκλου, ἡ δὲ ἐπιφάνεια τῆς πυραμίδος τῆς ἐν τῷ κώνῳ ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου]. οὐκ ἄρα οὐδὲ μείζων ἐστὶν ὁ κύκλος τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων· ἴσος ἄρα.

ιε΄.

Παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν βάσιν τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἡ πλευρὰ τοῦ κώνου πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως τοῦ κώνου.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελής, οὗ βάσις ὁ A κύκλος, ἔστω δὲ τῇ μὲν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ A ἴση ἡ B, τῇ δὲ πλευρᾷ τοῦ κώνου ἡ Γ· δεικτέον, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν A κύκλον καὶ ἡ Γ πρὸς τὴν B.

εἰλήφθω γὰρ τῶν B, Γ μέση ἀνάλογον ἡ E, καὶ ἐκκείσθω κύκλος ὁ Δ ἴσην ἔχων τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῇ E· ὁ Δ ἄρα κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου [τοῦτο γὰρ ἐδείχθη ἐν τῷ πρὸ τούτου]. ἐδείχθη δὲ ὁ Δ κύκλος πρὸς τὸν A κύκλον λόγον ἔχων τὸν αὐτὸν τῷ τῆς Γ πρὸς B μήκει [ἑκάτερος γὰρ ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς E πρὸς B δυνάμει διὰ τὸ τοὺς κύκλους πρὸς ἀλλήλους εἶναι, ὡς τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων τετράγωνα πρὸς ἄλληλα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων· εἰ γὰρ αἱ διάμετροι, καὶ τὰ ἡμίση, τουτέστιν αἱ ἐκ τῶν κέντρων· ταῖς δὲ ἐκ τῶν κέντρων ἴσαι εἰσὶν αἱ B, E]. δῆλον οὖν, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου πρὸς τὸν A κύκλον τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν ἡ Γ πρὸς B μήκει.

---

8 ιε΄] B, ιϛ΄ A.

XV.

Superficies cuiusuis coni aequicrurii ad basim eandem rationem habet, quam latus coni ad radium basis coni.

sit conus aequicrurius, cuius basis sit circulus *A*, et recta *B* radio circuli *A* aequalis sit, *Γ* autem lateri coni; demonstrandum, superficiem coni ad *A* circulum eandem rationem habere, quam *Γ* ad *B*.



sumatur enim media proportionalis inter *B*, *Γ* recta *E*, et ponatur circulus *Δ* radium rectae *E* aequalem habens; itaque circulus *Δ* aequalis est superficiei coni [prop. 14]. demonstratum est autem, *Δ* circulum ad *A* circulum eam rationem habere, quam *Γ* ad *B* [prop. 14 p. 64, 1 sq.];[1]) ergo adparet, superficiem coni ad *A* circulum eandem rationem habere, quam *Γ* ad *B*.

---

1) Nam $\Delta : A = E^2 : B^2$ (Eucl. XII, 2) et $B : \Gamma = B^2 : E^2$ (Eucl. VI, 20 coroll. 2).

ιϛ'.

Ἐὰν κῶνος ἰσοσκελὴς ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου ἴσος ἐστὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέσον λόγον ἔχει τῆς τε πλευρᾶς τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων καὶ τῆς ἴσης ἀμφοτέραις ταῖς ἐκ τῶν κέντρων τῶν κύκλων τῶν ἐν τοῖς παραλλήλοις ἐπιπέδοις.

ἔστω κῶνος, οὗ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον ἴσον τῷ ΑΒΓ, καὶ τετμήσθω παραλλήλῳ ἐπιπέδῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν ΔΕ, ἄξων δὲ τοῦ κώνου ἔστω ὁ ΒΗ, κύκλος δέ τις ἐκκείσθω, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέση ἀνάλογόν ἐστι τῆς τε ΑΔ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΗΑ, ἔστω δὲ κύκλος ὁ Θ· λέγω, ὅτι ὁ Θ κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ.

ἐκκείσθωσαν γὰρ κύκλοι οἱ Λ, Κ, καὶ τοῦ μὲν Κ κύκλου ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ ὑπὸ ΒΔΖ, τοῦ δὲ Λ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ ὑπὸ ΒΑΗ· ὁ μὲν ἄρα Λ κύκλος ἴσος ἐστὶν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΒΓ κώνου, ὁ δὲ Κ κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΕΒ. καὶ ἐπεὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑ, ΑΗ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν ΒΔ, ΔΖ καὶ τῷ ὑπὸ τῆς ΑΔ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ διὰ τὸ παράλληλον εἶναι τὴν ΔΖ τῇ ΑΗ, ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ ΑΒ, ΑΗ δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου, τὸ δὲ ὑπὸ ΒΔ, ΔΖ δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Κ κύκλου, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς ΔΑ

1 ιϛ'] B, ιζ' A. 3 *ἐπιφανείᾳ*] Pseudopappus, *Basil.*, τη επιφανεια A. 4 *ἐστίν* Pseudopappus. 5 *τε*] om. Pseudopappus. 6 *παραλλήλων*] rursus inc. C. 11 *δέ*] AB, om. (C). 12 *ὁ*] (C), om. A. 18 *ὑπό*] (C), *Basil.*, υπο το A. 20 *ἐστίν*] C, εστι A. 21 *κώνου* — p. 72, 3 *κύκλου*] (C).

XVI.

Si conus aequicrurius plano basi parallelo secatur, superficiei coni inter plana parallela positae aequalis est circulus, cuius radius media proportionalis[1]) est inter latus coni, quod inter plana parallela positum est, et rectam aequalem utrique simul radio circulorum in planis parallelis positorum.[2])

sit conus eiusmodi, ut triangulus per axem eius positus aequalis sit triangulo $AB\Gamma$, et secetur plano basi parallelo, et efficiat ⟨planum secans⟩ sectionem ΔE, axis autem coni sit BH, et ponatur circulus, cuius radius media sit proportionalis inter $A\Delta$ et $\Delta Z + HA$, sitque circulus Θ; dico, circulum Θ aequalem esse superficiei coni inter rectas ΔE, $A\Gamma$ positae.



ponantur enim circuli Λ, K, et radius circuli K quadratus aequalis sit $B\Delta \times \Delta Z$, radius autem circuli Λ quadratus aequalis $BA \times AH$; itaque circulus Λ aequalis est superficiei coni $AB\Gamma$, circulus autem K superficiei coni ΔEB [prop. 14]. et quoniam

$$BA \times AH = B\Delta \times \Delta Z + A\Delta \times (\Delta Z + AH)$$

[u. Eutocius], quia recta ΔZ parallela est rectae AH, sed radius circuli Λ quadratus $= BA \times AH$, radius circuli K quadratus $= B\Delta \times \Delta Z$ radiusque circuli Θ quadratus $= A\Delta \times (\Delta Z + AH)$ [ex hypo-

1) Archimedes lin. 5 scripserat: μέση ἀνάλογόν ἐστι; cfr. p. 55 not. 1.

2) Citat Pappus I p. 366, 21 sq.; sed totum hunc locum interpolatori tribuo; cfr. p. 63 not. 2. etiam uerba apud Pappum I p. 370, 12: διὰ τὸ αὐτὸ Ἀρχιμήδους ιζ' θεώρημα tum delenda sunt, etiam propter uitiosum numerum (cfr. Quaest. Arch. p. 154 not.).

καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ δύναται ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Θ, τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν κέντρων τῶν Κ, Θ κύκλων· ὥστε καὶ ὁ Λ κύκλος ἴσος ἐστὶ τοῖς Κ, Θ κύκλοις. ἀλλ' ὁ μὲν Λ ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΒΑΓ κώνου, ὁ δὲ Κ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΒΕ κώνου· λοιπὴ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κώνου ἡ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν ΔΕ, ΑΓ ἴση ἐστὶ τῷ Θ κύκλῳ.

[*Ἔστω παραλληλόγραμμον τὸ ΒΑΗ, καὶ διάμετρος αὐτοῦ ἔστω ἡ ΒΗ. τετμήσθω ἡ ΒΑ πλευρά, ὡς ἔτυχεν, κατὰ τὸ Δ, καὶ διὰ τοῦ Δ ἤχθω παράλληλος τῇ ΑΗ ἡ ΔΘ, διὰ δὲ τοῦ Ζ τῇ ΒΑ ἡ ΚΛ· λέγω, ὅτι τὸ ὑπὸ ΒΑΗ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΒΔΖ καὶ τῷ ὑπὸ ΔΑ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ.*

ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν ὑπὸ ΒΑΗ ὅλον ἐστὶ τὸ ΒΗ, τὸ δὲ ὑπὸ ΒΔΖ τὸ ΒΖ, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΑ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΔΖ, ΑΗ ὁ ΜΝΞ γνώμων· τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ ΔΑΗ ἴσον ἐστὶν τῷ ΚΗ διὰ τὸ ἴσον εἶναι τὸ ΚΘ παραπλήρωμα τῷ ΔΛ παραπληρώματι, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΑ, ΔΖ τῷ ΔΛ· ὅλον ἄρα τὸ ΒΗ, ὅπερ ἐστὶν τὸ ὑπὸ ΒΑΗ, ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΒΔΖ καὶ τῷ ΜΝΞ γνώμονι, ὅς ἐστιν ἴσος τῷ ὑπὸ ΔΑ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΑΗ, ΔΖ].

ΛΗΜΜΑΤΑ.

α'. Οἱ κῶνοι οἱ ἴσον ὕψος ἔχοντες τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον ταῖς βάσεσιν· καὶ οἱ ἴσας ἔχοντες βάσεις τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον τοῖς ὕψεσιν.

---

4 *ὥστε* — 8 *κύκλῳ*] (C). 9 *ἔστω* — 23 *ΔΖ*] om. B. 9 *ἔστω*] A, *ἔστω τό* C. 14 *ΑΗ*] D², *ΑΛ* A(C). 18 *ἐστίν*] C,

thesi], radius circuli Λ quadratus aequalis erit radiis circulorum K, Θ quadratis; quare etiam

$$\Lambda = K + \Theta.^{1})$$

sed circulus Λ aequalis est superficiei coni $B A \Gamma$, K autem circulus aequalis superficiei coni $\Delta B E$; itaque, quae relinquitur superficies coni inter plana parallela ΔE, $A\Gamma$ posita, aequalis est circulo Θ.[2])



LEMMATA.

1. Coni eandem altitudinem habentes eandem rationem habent, quam bases;[3]) et coni aequales bases habentes eandem rationem habent, quam altitudines.[4])

---

1) Eucl. XII, 2; cfr. Quaest. Archim. p. 48.

2) Quod hic sequitur lemma subditiuum, a Torellio ante prop. 16 transpositum est (Quaest. Arch. p. 72); hoc loco habent AC.

3) Eucl. XII, 11: *οἱ ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος ὄντες κῶνοι καὶ κύλινδροι πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν ὡς αἱ βάσεις.*

4) Eucl. XII, 14: *οἱ ἐπὶ ἴσων βάσεων ὄντες κῶνοι καὶ κύλινδροι πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν ὡς τὰ ὕψη.*

εστι A. *τῷ*] A, *τό* C. *τό* (alt.)] CG, *τῳ* A. **20** *τῷ*] A, *τό* (C). **21** *γνώμονι*] CH, *γνωμωνι* A. **24** et numeros add. *Torellius.* **25** — p. **74**, **13** mg. sup. B, add.: non est de libro sed erat in exemplari greco ante sequens theorema (ab Euclide sunt demonstrata add. B[2]).

β΄. Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παρὰ τὴν βάσιν, ἔστιν, ὡς ὁ κύλινδρος πρὸς τὸν κύλινδρον, ὁ ἄξων πρὸς τὸν ἄξονα.

γ΄. Τοῖς δὲ κυλίνδροις ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ εἰσὶν οἱ κῶνοι οἱ ἔχοντες τὰς αὐτὰς βάσεις τοῖς κυλίνδροις.

δ΄. Καὶ τῶν ἴσων κώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν· καὶ ὧν ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν, ἴσοι εἰσίν.

ε΄. Καὶ οἱ κῶνοι, ὧν αἱ διάμετροι τῶν βάσεων τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσιν τοῖς ἄξοσιν [τουτέστιν τοῖς ὕψεσι], πρὸς ἀλλήλους ἐν τριπλασίονι λόγῳ εἰσὶν τῶν ἐν ταῖς βάσεσι διαμέτρων.

Ταῦτα δὲ πάντα ὑπὸ τῶν πρότερον ἀπεδείχθη.

ιζ΄.

Ἐὰν ὦσιν δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς, ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κώνου ἐπιφάνεια ἴση ᾖ τῇ τοῦ ἑτέρου βάσει, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου κάθετος ἀγομένη τῷ ὕψει ἴση ᾖ, ἴσοι ἔσονται οἱ κῶνοι.

ἔστωσαν δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς οἱ $AB\Gamma$, ΔEZ, καὶ τοῦ $AB\Gamma$ ἡ μὲν βάσις ἴση ἔστω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔEZ, τὸ δὲ ὕψος τὸ AH ἴσον ἔστω τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως τοῦ Θ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου, οἷον ἐπὶ τὴν ΔE, καθέτῳ ἠγμένῃ τῇ $K\Theta$· λέγω, ὅτι ἴσοι εἰσὶν οἱ κῶνοι.

---

10 ἔχουσιν] C, εχουσι A. ἄξοσιν] A, ἄξοσι C. τουτέστιν] τουτέστι | C, τουτεστι A. τοῖς — 23 $K\Theta$] (C). 14 ιζ΄] B, ιη΄ A. 23 καθέτῳ] B, καθετον A.

2. Si cylindrus plano basi parallelo secatur, erit, ut cylindrus ad cylindrum, ita axis ad axem.[1])

3. Eandem autem rationem, quam cylindri, habent coni easdem bases habentes, quas cylindri habent ⟨et altitudinem aequalem⟩.[2])

4. Bases autem conorum aequalium in contraria proportione altitudinum sunt; et quorum bases in contraria proportione altitudinum sunt, aequales sunt coni.[3])

5. Et coni, quorum basium diametri eandem rationem habent, quam axes,[4]) in tripla ratione diametrorum basium sunt.[5])

Haec autem omnia a prioribus demonstrata sunt.

XVII.

Si dati sunt duo coni aequicrurii, alterius autem coni superficies aequalis est basi alterius, et recta a centro basis ad latus coni perpendicularis ducta aequalis est altitudini,[6]) coni aequales erunt.

sint duo coni aequicrurii $AB\Gamma$, ΔEZ, et basis coni $AB\Gamma$ aequalis sit superficiei coni ΔEZ, altitudo autem AH aequalis rectae $K\Theta$ a centro basis Θ ad latus coni, uelut ΔE, perpendiculari ductae; dico, conos esse aequales.

---

1) Eucl. XII, 13: *ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ ὄντι τοῖς ἀπεναντίον ἐπιπέδοις, ἔσται, ὡς ὁ κύλινδρος πρὸς τὸν κύλινδρον, οὕτως ὁ ἄξων πρὸς τὸν ἄξονα.*

2) Post *τοῖς κυλίνδροις* Archimedes uix omiserat: *καὶ ὕψος ἴσον*, quae uerba addi uoluit Peyrardus aliique. propositio ipsa apud Euclidem non legitur; sequitur autem ex XII, 10.

3) Eucl. XII, 15: *τῶν ἴσων κώνων καὶ κυλίνδρων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν· καὶ ὧν κώνων καὶ κυλίνδρων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν, ἴσοι εἰσὶν ἐκεῖνοι.*

4) Uerba *τουτέστι τοῖς ὕψεσι* transscriptori tribuenda esse uidentur.

5) Eucl. XII, 12: *οἱ ὅμοιοι* (h. e. quorum axes et diametri basium proportionales sunt; XI def. 24) *κῶνοι καὶ κύλινδροι πρὸς ἀλλήλους ἐν τριπλασίονι λόγῳ εἰσὶ τῶν ἐν ταῖς βάσεσι διαμέτρων.*

6) Ueri simile est, Archimedem duos illos conos diligentius distinxisse; cfr. prop. 18 p. 76, 19 sqq. et prop. 20 p. 82, 28 sqq.

ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ βάσις τοῦ ΑΒΓ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΕΖ [τὰ δὲ ἴσα πρὸς τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον], ὡς ἄρα ἡ τοῦ ΒΑΓ βάσις πρὸς τὴν τοῦ ΔΕΖ βάσιν, οὕτως ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΔΕΖ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΔΕΖ. ἀλλ' ὡς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ ΔΘ πρὸς τὴν ΘΚ [ἐδείχθη γὰρ τοῦτο, ὅτι παντὸς κώνου ἰσοσκελοῦς ἡ ἐπιφάνεια πρὸς τὴν βάσιν τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει, ὃν ἡ πλευρὰ τοῦ κώνου πρὸς τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, ἡ ΔΕ τουτέστι πρὸς ΕΘ. ὡς δὲ ἡ ΕΔ πρὸς ΘΔ, οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς ΘΚ· ἰσογώνια γάρ ἐστι τὰ τρίγωνα]. ἴση δέ ἐστιν ἡ ΘΚ τῇ ΑΗ· ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΒΑΓ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΔΕΖ, οὕτως τὸ ὕψος τοῦ ΔΕΖ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ ΑΒΓ. τῶν ΑΒΓ, ΔΕΖ ἄρα ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν· ἴσος ἄρα ἐστὶν ὁ ΒΑΓ τῷ ΔΕΖ κώνῳ.

ιη΄.

Παντὶ ῥόμβῳ ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκειμένῳ ἴσος ἐστὶ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἑτέρου κώνου τῶν περιεχόντων τὸν ῥόμβον, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ἑτέρου κώνου καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ ἑτέρου κώνου.

ἔστω ῥόμβος ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος ὁ ΑΒΓΔ, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΒΓ κύκλος, ὕψος δὲ τὸ ΑΔ, ἐκκείσθω δέ τις ἕτερος ὁ ΗΘΚ τὴν μὲν βάσιν ἔχων τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΒΓ κώνου ἴσην, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου καθέτῳ ἐπὶ τὴν ΑΒ ἢ τὴν ἐπ' εὐθείας αὐτῇ ἠγμένῃ, ἔστω δὲ ἡ ΔΖ, τὸ δὲ ὕψος τοῦ ΘΗΚ κώνου ἔστω τὸ ΘΛ· ἴσον

---

6 ΔΘ] e corr. BG, ΕΘ AC. 9 ἡ ΔΕ τουτέστι] ABC,

nam quoniam basis coni $AB\Gamma$ aequalis est superficiei coni ΔEZ, erit, ut basis coni $BA\Gamma$ ad basim coni ΔEZ, ita superficies coni ΔEZ ad basim coni ΔEZ [Eucl. V, 7]. sed ut superficies ad basim eiusdem coni, ita $\Delta\Theta$ ad ΘK.[1]) et $\Theta K = AH$; itaque, ut basis coni $BA\Gamma$ ad basim coni ΔEZ, ita altitudo coni ΔEZ ad altitudinem coni $AB\Gamma$. itaque bases conorum $AB\Gamma$, ΔEZ in contraria proportione altitudinum sunt; ergo conus $BA\Gamma$ cono ΔEZ aequalis est (lemm. 4 p. 74).



XVIII.

Cuiuis rhombo[2]) ex conis aequicruriis composito aequalis est conus basim habens superficiei alterius coni eorum, qui rhombum comprehendunt, aequalem, altitudinem autem aequalem rectae, quae a uertice alterius coni ad latus prioris coni perpendicularis ducitur.

sit rhombus ex conis aequicruriis compositus $AB\Gamma\Delta$, cuius basis sit circulus circum $B\Gamma$ diametrum descriptus, altitudo autem $A\Delta$, et ponatur alius conus $H\Theta K$ basim habens superficiei coni $AB\Gamma$ aequalem, altitudinem autem aequalem rectae a Δ puncto ad AB rectam uel eandem productam perpendiculari, quae sit recta ΔZ, altitudo autem

1) Nam
superficies coni ΔEZ : basis coni $\Delta EZ = \Delta E : E\Theta$ (prop. 15); sed $\Delta E : E\Theta = \Theta\Delta : \Theta K$ (Eucl. VI, 4), quia $\Delta E\Theta \sim \Theta K\Delta$.
2) Sc. solido (defin. 6 p. 6).

---

quod in loco interpolato ferendum, *τουτέστι ἡ* ΔE *Basil.* **10** $E\Theta$] e corr. BG, (E)Θ C, $\Delta\Theta$ A. $\Theta\Delta$] AC, ΘE e corr. DG, *et* e corr. B. $E\Theta$] ABC, $\Delta\Theta$ e corr. BGD. **17** *ιη'*] B, *ιθ'* A(C). **18** *κώνων*] (C)EG, *κονων* A. **22** *μίαν*] des. C. **28** *ἡγμένῃ*] *Torellius, ηγμενην* AB.

δή ἐστιν τὸ ΘΛ τῇ ΔΖ· λέγω, ὅτι ἴσος ἐστὶν ὁ κῶνος τῷ ῥόμβῳ.

ἐκκείσθω γὰρ ἕτερος κῶνος ὁ ΜΝΞ τὴν μὲν βάσιν ἔχων ἴσην τῇ βάσει τοῦ ΑΒΓ κώνου, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΑΔ, καὶ ἔστω τὸ ὕψος αὐτοῦ τὸ ΝΟ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΝΟ τῇ ΑΔ ἴση ἐστίν, ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΝΟ πρὸς ΔΕ, οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΕ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΑΔ πρὸς ΔΕ, οὕτως ὁ ΑΒΓΔ ῥόμβος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον, ὡς δὲ ἡ ΝΟ πρὸς τὴν ΔΕ, οὕτως ὁ ΜΝΞ κῶνος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον [διὰ τὸ τὰς βάσεις αὐτῶν εἶναι ἴσας]· ὡς ἄρα ὁ ΜΝΞ κῶνος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον, οὕτως ὁ ΑΒΓΔ ῥόμβος πρὸς τὸν ΒΓΔ κῶνον· ἴσος ἄρα ἐστὶν ὁ ΜΝΞ τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ. καὶ ἐπεὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΗΘΚ, ὡς ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΜΝΞ [ἡ γὰρ βάσις τοῦ ΑΒΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΜΝΞ]. ὡς δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ πρὸς τὴν ἰδίαν βάσιν, οὕτως ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΕ, τουτέστιν ἡ ΑΔ πρὸς ΔΖ [ὅμοια γὰρ τὰ τρίγωνα]· ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΜΝΞ, οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΖ. ἴση δὲ ἡ μὲν ΑΔ τῇ ΝΟ [ὑπέκειτο γάρ], ἡ δὲ ΔΖ τῇ ΘΛ· ὡς ἄρα ἡ βάσις τοῦ ΗΘΚ πρὸς τὴν βάσιν τοῦ ΜΝΞ, οὕτως τὸ ΝΟ ὕψος πρὸς τὸ ΘΛ. τῶν ΗΘΚ, ΜΝΞ ἄρα κώνων ἀντιπεπόνθασιν αἱ βάσεις τοῖς ὕψεσιν· ἴσοι ἄρα εἰσὶν οἱ κῶνοι. ἐδείχθη

---

4 *ἔχων*] H, corr. ex *ἔχον* G, *εχον* A. *ΑΒΓ*] e corr. BD, *ΑΒ* A. 7 *ΑΔ*] rursus inc. C. 8 *ΔΕ*] (*Α*)Ε C. *οὕτως*] AB, om. C. 12 *ΑΒΓΔ*] AB, *ΑΒΓ* C. 18 *ὡς*] AB, *τὴν βάσιν ὡς* C. 19 *βάσιν*] des. C. *τουτεστι* A. 21 *ΜΝΞ*] B, *ΝΜΞ* A. 23 *ὡς*] *Basil.*, ut B, *ωστε* A. 25 *τῶν*] *Basil.*, *του* A.

coni ΘHK sit $\Theta\Lambda$; itaque $\Theta\Lambda = \Delta Z$; dico, conum ⟨$H\Theta K$⟩ aequalem esse rhombo.

ponatur enim alius conus $MN\Xi$ basim habens basi coni $AB\Gamma$ aequalem, altitudinem autem aequalem rectae $A\Delta$, et sit altitudo eius NO. iam quoniam $NO = A\Delta$, erit [Eucl. V, 7]



$$NO : \Delta E = A\Delta : \Delta E.$$

sed

$$A\Delta : \Delta E = AB\Gamma\Delta : B\Gamma\Delta,$$ [1])

et

$$NO : \Delta E = MN\Xi : B\Gamma\Delta$$

[lemm. 1 p. 72]; [2])



itaque

$$MN\Xi : B\Gamma\Delta = AB\Gamma\Delta : B\Gamma\Delta;$$

quare

$$MN\Xi = AB\Gamma\Delta$$ [Eucl. V, 9].



et quoniam superficies coni $AB\Gamma$ aequalis est basi coni $H\Theta K$, erit, ut superficies coni $AB\Gamma$ ad basim eiusdem coni, ita basis coni $H\Theta K$ ad basim coni $MN\Xi$. [3]) sed ut superficies coni $AB\Gamma$ ad basim eiusdem coni, ita AB ad BE [prop. 15], h. e. $A\Delta$ ad ΔZ; [4]) itaque, ut basis coni $H\Theta K$ ad basim coni $MN\Xi$, ita $A\Delta$ ad ΔZ. sed $A\Delta = NO$ [ex hypothesi], et $\Delta Z = \Theta\Lambda$ [ex hypothesi]; itaque, ut basis coni $H\Theta K$ ad basim coni $MN\Xi$, ita erit NO altitudo ad $\Theta\Lambda$. conorum igitur $H\Theta K$, $MN\Xi$ bases in contraria sunt

---

1) Nam $AB\Gamma : B\Gamma\Delta = AE : E\Delta$ (lemm. 1 p. 72); quare componendo (Eucl. V, 18) $AB\Gamma + B\Gamma\Delta : B\Gamma\Delta = A\Delta : E\Delta$.

2) Sequentia uerba lin. 10—11 transscriptori tribuo; neque enim intellegitur, cur Archimedes, si ad lemma 1 lectorem reuocare uoluit, hoc lin. 7—9, ubi magis opus erat, praetermiserit.

3) Nam basis coni $MN\Xi$ aequalis est basi coni $AB\Gamma$ (ex hypothesi). uerba lin. 4—5 Archimedis uix sunt.

4) Nam $ABE \sim A\Delta Z$; tum u. Eucl. VI, 4.

δὲ ὁ *ΜΝΞ* ἴσος τῷ *ΑΒΓΔ* ῥόμβῳ· καὶ ὁ *ΗΘΚ* ἄρα κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ *ΑΒΓΔ* ῥόμβῳ.

ιθ΄.

Ἐὰν κῶνος ἰσοσκελὴς ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, ἀπὸ δὲ τοῦ γενομένου κύκλου κῶνος ἀναγραφῇ κορυφὴν ἔχων τὸ κέντρον τῆς βάσεως, ὁ δὲ γενόμενος ῥόμβος ἀφαιρεθῇ ἀπὸ τοῦ ὅλου κώνου, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔσται κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

ἔστω κῶνος ἰσοσκελὴς ὁ *ΑΒΓ* καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν *ΔΕ*, κέντρον δὲ τῆς βάσεως ἔστω τὸ *Ζ*, καὶ ἀπὸ τοῦ περὶ διάμετρον τὴν *ΔΕ* κύκλου κῶνος ἀναγεγράφθω κορυφὴν ἔχων τὸ *Ζ*· ἔσται δὴ ῥόμβος ὁ *ΒΔΖΕ* ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος. ἐκκείσθω δή τις κῶνος ὁ *ΚΘΛ*, οὗ ἡ μὲν βάσις ἔστω ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν *ΔΕ*, *ΑΓ*, τὸ δὲ ὕψος, ἀχθείσης ἀπὸ τοῦ *Ζ* σημείου καθέτου ἐπὶ τὴν *ΑΒ* τῆς *ΖΗ*, ἔστω ἴσον τῇ *ΖΗ*· λέγω, ὅτι, ἐὰν ἀπὸ τοῦ *ΑΒΓ* κώνου νοηθῇ ἀφῃρημένος ὁ *ΒΔΖΕ* ῥόμβος, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔσται ὁ *ΘΚΛ* κῶνος.

ἐκκείσθωσαν γὰρ δύο κῶνοι οἱ *ΜΝΞ*, *ΟΠΡ*, ὥστε τὴν μὲν τοῦ *ΜΝΞ* βάσιν ἴσην εἶναι τοῦ *ΑΒΓ* κώνου τῇ ἐπιφανείᾳ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ *ΖΗ* [διὰ δὴ τοῦτο

3 rursus inc. C. ιθ΄] B, κ΄ AC. 8 περιλείμματι] C, περιλημματι AB, derelicto B², mg. τω περιλημματι B. 11 πλευράν] AB, om. C. 13 παραλλήλῳ] des. C. 20 τῆς] *Basil.*, τη A. 22 περιλείμματι] derelicto B², περιλημματι AB.

proportione altitudinum; quare coni aequales sunt [lemm. 4 p. 74]. sed demonstratum est, conum *ΜΝΞ* aequalem esse rhombo *ΑΒΓΔ*; ergo etiam *ΗΘΚ* conus aequalis est rhombo *ΑΒΓΔ*.

XIX.

Si conus aequicrurius plano basi parallelo secatur, et in circulo inde orto conus construitur uerticem habens centrum basis, et rhombus sic ortus a toto cono subtrahitur, frusto relicto aequalis erit conus basim habens aequalem superficiei coni inter plana parallela positae, altitudinem autem aequalem rectae a centro basis ad latus coni perpendiculari.



sit conus aequicrurius *ΑΒΓ* et secetur plano basi parallelo, quod efficiat sectionem *ΔΕ*, centrum autem basis sit Z, et in circulo circum diametrum *ΔΕ* descripto construatur conus uerticem habens Z punctum; erit igitur *ΒΔΖΕ* rhombus ex conis aequicruriis compositus. iam ponatur conus *ΚΘΛ*, cuius basis aequalis sit superficiei inter *ΔΕ*, *ΑΓ* positae, altitudo autem rectae *ΖΗ* a Z puncto ad *ΑΒ* perpendiculari ductae; dico, si rhombus *ΒΔΖΕ* a cono *ΑΒΓ* ablatus fingatur, conum *ΘΚΛ* aequalem futurum esse frusto relicto.

ponantur enim duo coni *ΜΝΞ*, *ΟΠΡ* ita, ut basis coni *ΜΝΞ* aequalis sit superficiei coni *ΑΒΓ*, altitudo autem

ἴσος ἐστὶν ὁ ΜΝΞ κῶνος τῷ ΑΒΓ κώνῳ· ἐὰν γὰρ ὦσι δύο κῶνοι ἰσοσκελεῖς, ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κώνου ἐπιφάνεια ἴση ᾖ τῇ τοῦ ἑτέρου βάσει, ἔτι δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου ἀγομένη κάθετος τῷ ὕψει ἴση, ἴσοι ἔσονται οἱ κῶνοι], τὴν δὲ τοῦ ΟΠΡ κώνου βάσιν ἴσην εἶναι τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΔΒΕ κώνου, ὕψος δὲ τῇ ΖΗ [διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἴσος ἐστὶν ὁ ΟΠΡ κῶνος τῷ ΒΔΖΕ ῥόμβῳ· τοῦτο γὰρ προαπεδείχθη]. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια σύγκειται ἔκ τε τῆς τοῦ ΔΒΕ ἐπιφανείας καὶ τῆς μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ, ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΜΝΞ κώνου, ἡ δὲ τοῦ ΔΒΕ ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶν τῇ βάσει τοῦ ΟΠΡ, ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΔΕ, ΑΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΘΚΛ, ἡ ἄρα τοῦ ΜΝΞ βάσις ἴση ἐστὶ ταῖς βάσεσιν τῶν ΘΚΛ, ΟΠΡ. καί εἰσιν οἱ κῶνοι ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος· ἴσος ἄρα ἐστὶν καὶ ὁ ΜΝΞ κῶνος τοῖς ΘΚΛ, ΟΠΡ κώνοις. ἀλλ' ὁ μὲν ΜΝΞ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ΑΒΓ κώνῳ, ὁ δὲ ΠΟΡ τῷ ΒΔΕΖ ῥόμβῳ· λοιπὸς ἄρα ὁ ΘΚΛ κῶνος τῷ περιλείμματι ἴσος ἐστίν.

κ'.

Ἐὰν ῥόμβου ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκειμένου ὁ ἕτερος κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῇ βάσει, ἀπὸ δὲ τοῦ γενομένου κύκλου κῶνος ἀναγραφῇ κορυφὴν ἔχων τὴν αὐτὴν τῷ ἑτέρῳ κώνῳ, ἀπὸ δὲ τοῦ ὅλου ῥόμβου ὁ γενόμενος ῥόμβος ἀφαιρεθῇ, τῷ περιλείμματι ἴσος ἔσται ὁ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ἑτέρου

---

1 *ἐάν*] rursus inc. C. 7 *τοῦτο καί*] B(C), *τοv-*

rectae ZH,[1]) et basis coni $O\Pi P$ superficiei coni ΔBE aequalis, altitudo autem rectae ZH.[2])

iam quoniam superficies coni $AB\Gamma$ composita est ex superficie coni ΔBE et superficie inter AE, $A\Gamma$ posita, superficies autem coni $AB\Gamma$ aequalis est basi coni $MN\Xi$, et superficies coni ΔBE aequalis basi coni $O\Pi P$, et superficies inter ΔE, $A\Gamma$ posita aequalis basi coni $\Theta K\Lambda$ [ex hypothesi], basis coni $MN\Xi$ aequalis est basibus conorum $\Theta K\Lambda$, $O\Pi P$. et omnes coni illi eandem habent altitudinem; quare

$$MN\Xi = \Theta K\Lambda + O\Pi P.^{3)}$$

sed $MN\Xi = AB\Gamma$ [prop. 17], et $\Pi OP = B\Delta EZ$ [prop. 18]; ⟨itaque $AB\Gamma = \Theta K\Lambda + B\Delta EZ$. subtrahatur rhombus $B\Delta EZ$⟩; ergo conus $\Theta K\Lambda$ aequalis erit frusto relicto.

XX.

Si in rhombo ex conis aequicruriis composito alter conus plano basi parallelo secatur, et in circulo inde orto conus construitur uerticem habens eundem, quem alter conus, et rhombus sic ortus a toto rhombo subtrahitur, frusto relicto aequalis erit conus basim habens aequalem superficiei coni inter plana parallela positae, altitudinem autem rectae a

---

1) De lin. 1—5 interpolatis u. Quaest. Arch. p. 75; uerum etiam p. 80, 26—82, 1, quibus interpositis praue interrumpitur constructio, et membra ab ὥστε p. 80, 24 pendentia et per μέν p. 80, 25—δέ p. 82, 6 coniuncta uiolenter disiunguntur, interpolatori tribuo.

2) Ex iis, quae not. 1 de uerbis similibus p. 80, 26 sqq. dixi, ueri simile fit, etiam lin. 7 διὰ δὴ — 9 προαπεδείχθη interpolatori deberi.

3) Ex lemm. 1; cfr. Quaest. Arch. p. 48.

τοις A. **10** ΔBE] C, $B\Delta E$ AB. **12** τοῦ] des. C. **19** ὁ] *Basil.*, το A. **20** περιλείμματι] *Basil.*, περιλήμματι EHB, περιλιμματι DG. **21** inc. C. κ'] B, κα' AC. **22** ἰσοσκελῶν] CGH, ισκελων A. **24** κύκλου κῶνος] BC, κωνου κυκλος A. **26** ἀφαιρεθῇ] CG, αφηρεθη A. περιλείμματι] C, περιλήμματι BEH, περιλιμματι DG. **29** τῇ] A, τῷ C.

κώνου ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ ἑτέρου κώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

ἔστω ῥόμβος ἐξ ἰσοσκελῶν κώνων συγκείμενος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ τμηθήτω ὁ ἕτερος κῶνος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῇ βάσει, καὶ ποιείτω τομὴν τὴν ΕΖ, ἀπὸ δὲ τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΕΖ κύκλου κῶνος ἀναγεγράφθω τὴν κορυφὴν ἔχων τὸ Δ σημεῖον· ἔσται δὴ γεγονὼς ῥόμβος ὁ ΕΒΔΖ. καὶ νοείσθω ἀφῃρημένος ἀπὸ τοῦ ὅλου ῥόμβου, ἐκκείσθω δέ τις κῶνος ὁ ΘΚΛ τὴν μὲν βάσιν ἴσην ἔχων τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν ΑΓ, ΕΖ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ τὴν ΒΑ ἢ τὴν ἐπ' εὐθείας αὐτῇ· λέγω, ὅτι ὁ ΘΚΛ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ εἰρημένῳ περιλείμματι.

ἐκκείσθωσαν γὰρ δύο κῶνοι οἱ ΜΝΞ, ΟΠΡ, καὶ ἡ μὲν βάσις τοῦ ΜΝΞ κώνου ἴση ἔστω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΒΓ, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΔΗ [διὰ δὴ τὰ προδειχθέντα ἴσος ἐστὶν ὁ ΜΝΞ κῶνος τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ], τοῦ δὲ ΟΠΡ κώνου ἡ μὲν βάσις ἴση ἔστω τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΕΒΖ κώνου, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ΔΗ [ὁμοίως δὴ ἴσος ἐστὶν ὁ ΟΠΡ κῶνος τῷ ΕΒΔΖ ῥόμβῳ]. ἐπεὶ δὲ ὁμοίως ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ΑΒΓ κώνου σύγκειται ἔκ τε τῆς τοῦ ΕΒΖ καὶ τῆς μεταξὺ τῶν ΕΖ, ΑΓ, ἀλλὰ ἡ μὲν τοῦ ΑΒΓ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΜΝΞ, ἡ δὲ τοῦ ΕΒΖ κώνου ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΟΡΠ κώνου, ἡ δὲ μεταξὺ τῶν ΕΖ, ΑΓ ἴση ἐστὶ τῇ βάσει τοῦ ΘΚΛ, ἡ ἄρα βάσις τοῦ ΜΝΞ

8 ΕΒΔΖ] AC, *bedz* B. 9 δέ] AB, om. (C). 12 ΒΑ] AB, Β(Δ) C. 13 περιλείμματι] C, περιλημματι AB. 20 ὁμοίως] CEG, ομοιω A. 21 ΕΒΔΖ] C, ΕΒΖΔ A, *bedz* B. 24 ἴση— p. 86, 6] (C). In fig. litteras *A* et *H* permutant AB, pro *O* hab. *Σ*.

uertice alterius[1]) coni ad latus alterius coni perpendiculari ductae.

sit rhombus ex conis aequicruriis compositus $AB\Gamma\Delta$, et secetur alter conus plano basi parallelo, quod efficiat sectionem EZ, et in circulo circum diametrum EZ descripto construatur conus uerticem habens Δ punctum; efficietur igitur rhombus $EB\Delta Z$. et fingatur a toto rhombo sub-



tractus, ponatur autem conus $\Theta K \Lambda$ basim habens superficiei inter $A\Gamma$, EZ positae aequalem, altitudinem autem rectae a Δ puncto ad BA uel eandem productam perpendiculari ductae; dico, conum $\Theta K \Lambda$ aequalem esse frusto relicto, quod significauimus.

ponantur enim duo coni $MN\Xi$, $O\Pi P$, et basis coni $MN\Xi$ aequalis sit superficiei coni $AB\Gamma$, altitudo autem rectae ΔH,[2]) et coni $O\Pi P$ basis aequalis sit superficiei coni EBZ, altitudo autem rectae ΔH.[3])

1) H. e. eius, qui plano parallelo non secatur.

2) Uerba sequentia lin. 17—18 subditiua esse puto; cfr. p. 83 not. 2.

3) Etiam uerba lin. 20—21, quae per uocabulum ὁμοίως uerba subditiua lin. 17—18 significant, necessario subditiua sunt, si illa iure damnauimus.

ἴση ἐστὶ ταῖς βάσεσιν τῶν ΟΠΡ, ΘΚΛ. καί εἰσιν οἱ κῶνοι ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὕψος· καὶ ὁ ΜΝΞ ἄρα κῶνος ἴσος ἐστὶ τοῖς ΘΚΛ, ΟΠΡ κώνοις. ἀλλ' ὁ μὲν ΜΝΞ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ΑΒΓΔ ῥόμβῳ, ὁ δὲ ΟΠΡ κῶνος τῷ ΕΒΔΖ ῥόμβῳ· λοιπὸς ἄρα ὁ κῶνος ὁ ΘΚΛ ἴσος ἐστὶ τῷ περιλείμματι τῷ λοιπῷ.

κα΄.

Ἐὰν εἰς κύκλον πολύγωνον ἐγγραφῇ ἀρτιόπλευρόν τε καὶ ἰσόπλευρον, καὶ διαχθῶσιν εὐθεῖαι ἐπιζευγνύουσαι τὰς πλευρὰς τοῦ πολυγώνου, ὥστε αὐτὰς παραλλήλους εἶναι μιᾷ ὁποιαοῦν τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινουσῶν, αἱ ἐπιζευγνύουσαι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τοῦτον ἔχουσι τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἡ ὑποτείνουσα τὰς μιᾷ ἐλάσσονας τῶν ἡμίσεων πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου.

ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ πολύγωνον ἐγγεγράφθω τὸ ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ· δῆλον δή, ὅτι παράλληλοί εἰσιν τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινούσῃ· λέγω οὖν, ὅτι αἱ εἰρημέναι πᾶσαι πρὸς τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον τὴν ΑΓ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσι τῷ τῆς ΓΕ πρὸς ΕΑ.

ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΖΚ, ΛΒ, ΗΔ, ΘΝ· παράλληλος ἄρα ἡ μὲν ΖΚ τῇ ΕΑ, ἡ δὲ ΒΛ τῇ ΖΚ, καὶ ἔτι ἡ μὲν ΔΗ τῇ ΒΛ, ἡ δὲ ΘΝ τῇ ΔΗ, καὶ ἡ ΓΜ τῇ ΘΝ [καὶ ἐπεὶ δύο παράλληλοί εἰσιν αἱ ΕΑ, ΚΖ, καὶ δύο διηγμέναι εἰσὶν αἱ ΕΚ, ΑΟ]· ἔστιν ἄρα,

5 ΕΒΔΖ] A(C), *bedz* B. 6 περιλείμματι] *Basil.*, περιλήμματι BEH, περιλιμματι DG. 7 κα΄] B, κβ΄ A(C). 17 ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚ] e corr. D, ΑΕΖΒΗΘΓΜΝΔΛΚΑ ABC. 26 ΓΜ—p. 88, 14 ΘΜ] (C). 27 ΑΟ] B, e corr. G, ΑΘ A.

iam quoniam, ut supra [prop. 19 p. 82, 9], superficies coni $AB\Gamma$ composita est ex superficie coni EBZ et superficie inter EZ, $A\Gamma$ posita, et superficies coni $AB\Gamma$ aequalis est basi coni $MN\Xi$, superficies autem coni EBZ aequalis basi coni $OP\Pi$, et superficies inter EZ, $A\Gamma$ posita aequalis basi coni $\Theta K\Lambda$, basis coni $MN\Xi$ aequalis est basibus conorum $O\Pi P$, $\Theta K\Lambda$. et coni eandem altitudinem habent; itaque etiam conus

$$MN\Xi = \Theta K\Lambda + O\Pi P \text{ [p. 83 not. 3]}.$$

sed $MN\Xi = AB\Gamma\Delta$ [prop. 18], et $O\Pi P = EB\Delta Z$ [prop. 18]; ⟨itaque $AB\Gamma\Delta = \Theta K\Lambda + EB\Delta Z$. subtrahatur rhombus $EB\Delta Z$⟩; ergo, qui relinquitur, conus $\Theta K\Lambda$ frusto relicto aequalis erit.

XXI.

Si in circulo polygonum inscribitur aequilaterum, cuius latera paria sunt numero, et ducuntur rectae angulos[1]) polygoni coniungentes, ita ut parallelae sint cuiuis rectarum sub duo latera subtendentium polygoni, omnes simul rectae coniungentes ad diametrum circuli eam habent rationem, quam habet recta subtendens sub latera polygoni uno pauciora, quam dimidius numerus eorum est, ad latus polygoni.

sit circulus $AB\Gamma\Delta$, et in eo inscribatur polygonum $AEZBH\Theta\Gamma MN\Delta\Lambda K$, et ducantur rectae EK, $Z\Lambda$, $B\Delta$, HN, ΘM; adparet igitur, eas parallelas esse rectae sub duo latera polygoni subtendenti;[2]) iam dico, omnes simul rectas, quas commemorauimus, ad diametrum circuli rationem habere, quam ΓE ad EA.

ducantur enim rectae ZK, ΛB, $H\Delta$, ΘN; parallela igitur est ZK rectae EA, $B\Lambda$ rectae ZK, et porro ΔH rectae

1) Archimedes pro πλευράς lin. 10 fortasse scripserat γωνίας; Quaest. Arch. p. 76.

2) Nam quia arcus $K\Lambda$, EZ aequales sunt, erit

$$\angle EKZ = KZ\Lambda \text{ (Eucl. III, 27)};$$

itaque $EK \parallel \Lambda Z$ (Eucl. I, 28), et eodem modo in ceteris. similiter lin. 23 sqq. ratiocinandum.

ὡς ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, ἡ ΚΞ πρὸς ΞΟ. ὡς δ' ἡ ΚΞ πρὸς ΞΟ, ἡ ΖΠ πρὸς ΠΟ, ὡς δὲ ἡ ΖΠ πρὸς ΠΟ, ἡ ΛΠ πρὸς ΠΡ, ὡς δὲ ἡ ΛΠ πρὸς ΠΡ, οὕτως ἡ ΒΣ πρὸς ΣΡ, καὶ ἔτι, ὡς ἡ μὲν ΒΣ πρὸς ΣΡ, ἡ ΔΣ πρὸς ΣΤ, ὡς δὲ ἡ ΔΣ πρὸς ΣΤ, ἡ ΗΥ πρὸς ΥΤ, καὶ ἔτι, ὡς ἡ μὲν ΗΥ πρὸς ΥΤ, ἡ ΝΥ πρὸς ΥΦ, ὡς δὲ ἡ ΝΥ πρὸς ΥΦ, ἡ ΘΧ πρὸς ΧΦ, καὶ ἔτι, ὡς μὲν ἡ ΘΧ πρὸς ΧΦ, ἡ ΜΧ πρὸς ΧΓ [καὶ πάντα ἄρα πρὸς πάντα ἐστίν, ὡς εἷς τῶν λόγων πρὸς ἕνα]· ὡς ἄρα ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, οὕτως αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ πρὸς τὴν ΑΓ διάμετρον. ὡς δὲ ἡ ΕΞ πρὸς ΞΑ, οὕτως ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ· ἔσται ἄρα καί, ὡς ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ, οὕτω πᾶσαι αἱ ΕΚ, ΖΛ, ΒΔ, ΗΝ, ΘΜ πρὸς τὴν ΑΓ διάμετρον.

κβ΄.

Ἐὰν εἰς τμῆμα κύκλου πολύγωνον ἐγγραφῇ τὰς πλευρὰς ἔχον χωρὶς τῆς βάσεως ἴσας καὶ ἀρτίους, ἀχθῶσιν δὲ εὐθεῖαι παρὰ τὴν βάσιν τοῦ τμήματος αἱ τὰς πλευρὰς ἐπιζευγνύουσαι τοῦ πολυγώνου, αἱ ἀχθεῖσαι πᾶσαι καὶ ἡ ἡμίσεια τῆς βάσεως πρὸς τὸ ὕψος τοῦ τμήματος τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσιν, ὃν ἡ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου ἐπιζευγνυμένη πρὸς τὴν τοῦ πολυγώνου πλευράν.

εἰς γὰρ κύκλον τὸν ΑΒΓΔ διήχθω τις εὐθεῖα ἡ ΑΓ, καὶ ἐπὶ τῆς ΑΓ πολύγωνον ἐγγεγράφθω εἰς τὸ ΑΒΓ τμῆμα ἀρτιόπλευρόν τε καὶ ἴσας ἔχον τὰς πλευρὰς

---

1 ὁ *Heiberg;* corr. *Stamatis.* 8 ΧΓ] B, e corr. DG, ΗΓ A. 9 ὡς εἷς] ως A, εἷς corr. ex ὡς G; ut B, una proportionum in spatio angustiore ins. 12 ἡ] B, om. A. 15 κβ΄] B, Eutocius ad prop. 35, κγ΄ A(C). 17 ἔχον] C, εχων A. 20 ἡ] addidi, om. AC. 24 ΑΒΓΔ] C, ΑΒΓ AB. διήχθω—ΑΓ] AB, om. C.

$B\varLambda$, ΘN rectae $\varDelta H$, ΓM rectae ΘN; est igitur [ZMP. XXIV p. 178 nr. 1]

$$E\Xi : \Xi A = K\Xi : \Xi O.$$

sed

$$K\Xi : \Xi O = Z\Pi : \Pi O$$ [Eucl. VI, 4]

$$= \varLambda\Pi : \Pi P$$ [ib.]

$$= B\Sigma : \Sigma P$$ [ib.],

porro

$$B\Sigma : \Sigma P = \varDelta\Sigma : \Sigma T$$ [ib.]

$$= H\Upsilon : \Upsilon T$$ [ib.],

porro

$$H\Upsilon : \Upsilon T = N\Upsilon : \Upsilon\Phi$$

$$= \Theta X : X\Phi$$

$$= MX : X\Gamma$$ [ib.];



itaque

$$E\Xi : \Xi A = EK + Z\varLambda + B\varDelta + HN + \Theta M : A\Gamma$$

[Eucl. V, 12]. sed $E\Xi : \Xi A = \Gamma E : EA$ [Eucl. VI, 4]; ergo etiam

$$\Gamma E : EA = EK + Z\varLambda + B\varDelta + HN + \Theta M : A\Gamma.$$

XXII.

Si in segmento circuli polygonum inscribitur latera praeter basim aequalia et paria numero habens, et ducuntur rectae basi segmenti parallelae angulos[1]) coniungentes, omnes simul rectae ductae cum dimidia basi ad altitudinem segmenti eandem rationem habent, quam recta a diametro circuli ad latus polygoni ducta ad latus polygoni.

ducatur enim in circulo $AB\Gamma\varDelta$ recta $A\Gamma$, et super $A\Gamma$ polygonum latera praeter basim $A\Gamma$ aequalia et paria numero habens in segmento $AB\Gamma$ inscribatur, et ducantur ZH,

1) U. p. 87 not. 1.

χωρὶς τῆς βάσεως τῆς *ΑΓ*, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ *ΖΗ*, *ΕΘ*, αἵ εἰσιν παράλληλοι τῇ βάσει τοῦ τμήματος· λέγω, ὅτι ἐστίν, ὡς αἱ *ΖΗ*, *ΕΘ*, *ΑΞ* πρὸς *ΒΞ*, οὕτως ἡ *ΔΖ* πρὸς *ΖΒ*.

πάλιν γὰρ ὁμοίως ἐπεζεύχθωσαν αἱ *ΗΕ*, *ΑΘ*· παράλληλοι ἄρα εἰσὶν τῇ *ΒΖ*· διὰ δὴ ταὐτά ἐστιν, ὡς ἡ *ΚΖ* πρὸς *ΚΒ*, ἥ τε *ΗΚ* πρὸς *ΚΛ* καὶ ἡ *ΕΜ* πρὸς *ΜΛ* καὶ ἡ *ΜΘ* πρὸς *ΜΝ* καὶ ἡ *ΞΑ* πρὸς *ΞΝ* [καὶ ὡς ἄρα πάντα πρὸς πάντα, εἷς τῶν λόγων πρὸς ἕνα]· ὡς ἄρα αἱ *ΖΗ*, *ΕΘ*, *ΑΞ* πρὸς *ΒΞ*, οὕτως ἡ *ΖΚ* πρὸς *ΚΒ*. ὡς δὲ ἡ *ΖΚ* πρὸς *ΚΒ*, οὕτως ἡ *ΔΖ* πρὸς *ΖΒ*· ὡς ἄρα ἡ *ΔΖ* πρὸς *ΖΒ*, οὕτως αἱ *ΖΗ*, *ΕΘ*, *ΑΞ* πρὸς *ΞΒ*.

κγ΄.

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ *ΑΒΓΔ*, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸν πολύγωνον ἰσόπλευρον, τὸ δὲ πλῆθος τῶν πλευρῶν αὐτοῦ μετρείσθω ὑπὸ τετράδος, αἱ δὲ *ΑΓ*, *ΔΒ* διάμετροι ἔστωσαν. ἐὰν δὴ μενούσης τῆς *ΑΓ* διαμέτρου περιενεχθῇ ὁ *ΑΒΓΔ* κύκλος ἔχων τὸ πολύγωνον, δῆλον, ὅτι ἡ μὲν περιφέρεια αὐτοῦ κατὰ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας ἐνεχθήσεται, αἱ δὲ τοῦ πολυγώνου γωνίαι χωρὶς τῶν πρὸς τοῖς *Α*, *Γ* σημείοις κατὰ κύκλων περιφερειῶν ἐνεχθήσονται ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας γεγραμμένων ὀρθῶν πρὸς τὸν *ΑΒΓΔ* κύκλον· διάμετροι δὲ αὐτῶν ἔσονται αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου παρὰ τὴν *ΒΔ* οὖσαι. αἱ δὲ τοῦ πολυγώνου πλευραὶ κατά τινων κώνων ἐνεχθήσονται, αἱ μὲν *ΑΖ*, *ΑΝ* κατ' ἐπιφανείας

---

6 ταὐτά] hec B. 8 *ΜΝ*] nm B. 13 *ΞΒ*] C, *ΒΞ* AB. ἑξῆς τὸ σχῆμα add. C. 14 κγ΄] B, om. AC. 24 ὀρθῶν] BC, ορθον A. 28 *ΑΖ*] BC, *ΑΞ* A.

$E\Theta$, quae parallelae sunt basi segmenti [p. 87 not. 2]; dico, esse

$$ZH + E\Theta + A\Xi : B\Xi = \varDelta Z : ZB.$$

rursus enim, ut supra [p. 86, 23], ducantur HE, $A\Theta$; parallelae igitur sunt rectae BZ [p. 87 not. 2]. iam eadem de causa, qua supra [p. 88, 1 sq.], erit

$$KZ : KB = HK : K\varLambda$$
$$= EM : M\varLambda = M\Theta : MN$$
$$= \Xi A : \Xi N;$$ [1])

itaque

$$ZH + E\Theta + A\Xi : B\Xi$$
$$= ZK : KB$$ [Eucl. V, 12].

sed

$$ZK : KB = \varDelta Z : ZB$$ [Eucl. VI, 4];

ergo erit

$$\varDelta Z : ZB = ZH + E\Theta + A\Xi : B\Xi.$$

XXIII.

Sit in sphaera $AB\Gamma\varDelta$ circulus maximus, et in eo inscribatur polygonum aequilaterum, cuius laterum numerus per quattuor diuidi possit, rectae autem $A\Gamma$, $\varDelta B$ diametri sint ⟨inter se perpendiculares⟩.[2]) si igitur manente diametro $A\Gamma$ circulus $AB\Gamma\varDelta$ cum polygono circumuoluitur, adparet, ambitum eius per superficiem sphaerae circumuolutum iri, angulos autem polygoni praeter angulos ad A, Γ puncta positos per ambitus circulorum in superficie sphaerae descriptorum et ad $AB\Gamma\varDelta$ circulum perpendicularium; diametri autem eorum erunt rectae angulos polygoni coniungentes rectae $B\varDelta$

---

1) Uerba sequentia lin. 8—9 Archimedis non sunt; cfr. p. 88, 8; NJS. XI p. 388.

2) Hic Archimedes uix omiserat πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις lin. 18, quae uerba Nizzius addi uoluit.

κώνου, οὗ βάσις μὲν ὁ κύκλος ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΖΝ, κορυφὴ δὲ τὸ Α σημεῖον, αἱ δὲ ΖΗ, ΜΝ κατά τινος κωνικῆς ἐπιφανείας οἰσθήσονται, ἧς βάσις μὲν ὁ κύκλος ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΜΗ, κορυφὴ δὲ τὸ σημεῖον, καθ᾽ ὃ συμβάλλουσιν ἐκβαλλόμεναι αἱ ΖΗ, ΜΝ ἀλλήλαις τε καὶ τῇ ΑΓ, αἱ δὲ ΒΗ, ΜΔ πλευραὶ κατὰ κωνικῆς ἐπιφανείας οἰσθήσονται, ἧς βάσις μέν ἐστιν ὁ κύκλος ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΒΔ ὀρθὸς πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον, κορυφὴ δὲ τὸ σημεῖον, καθ᾽ ὃ συμβάλλουσιν ἐκβαλλόμεναι αἱ ΒΗ, ΔΜ ἀλλήλαις τε καὶ τῇ ΓΑ· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμικυκλίῳ πλευραὶ κατὰ κωνικῶν ἐπιφανειῶν οἰσθήσονται πάλιν ὁμοίων ταύταις. ἔσται δή τι σχῆμα ἐγγεγραμμένον ἐν τῇ σφαίρᾳ ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον τῶν προειρημένων, οὗ ἡ ἐπιφάνεια ἐλάσσων ἔσται τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

διαιρεθείσης γὰρ τῆς σφαίρας ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ κατὰ τὴν ΒΔ ὀρθοῦ πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἑτέρου ἡμισφαιρίου καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος τοῦ ἐν αὐτῷ ἐγγεγραμμένου τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσιν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ· ἀμφοτέρων γὰρ τῶν ἐπιφανειῶν πέρας ἐστὶν τοῦ κύκλου ἡ περιφέρεια τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΒΔ ὀρθοῦ πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον· καί εἰσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ περιλαμβάνεται αὐτῶν ἡ ἑτέρα ὑπὸ τῆς ἑτέρας ἐπιφανείας καὶ τῆς ἐπιπέδου τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης αὐτῇ. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ σχήματος ἡ ἐπι-

1 οὗ] BC, ο A. τήν] CG, τη A. 4 ΜΗ] AB(C), ΗΜ D et e corr. G. 5 ὅ] (ā) C. συμβάλλουσιν] CEG, συμβαλουσιν DH. ΖΗ] hz B. 11 αἱ] addidi, om. ABC. 27 ἐν τῷ] BC, om. A.

parallelae. latera autem polygoni per conos quosdam circumuoluentur, AZ, AN latera per superficiem coni, cuius basis est circulus circum diametrum ZN descriptus, uertex autem A punctum, latera uero ZH, MN per superficiem conicam circumuoluentur, cuius basis est circulus circum diametrum MH descriptus, uertex autem punctum, in quo ZH, MN productae et sibi inuicem et rectae $A\Gamma$ concurrunt, latera autem BH, $M\Delta$ per superficiem conicam circumuoluentur, cuius basis est circulus circum $B\Delta$ diametrum descriptus ad $AB\Gamma\Delta$ circulum perpendicularis, uertex autem punctum, in quo BH, ΔM productae et sibi inuicem et rectae ΓA concurrunt; et eodem modo etiam latera in altero semicirculo posita rursus per superficies conicas circumuoluentur his similes. itaque in sphaera figura inscripta erit comprehensa per superficies conicas, quas commemorauimus, cuius superficies minor erit superficie sphaerae.



secta enim sphaera plano in recta $B\Delta$ posito ad circulum $AB\Gamma\Delta$ perpendiculari superficies alterius hemisphaerii et superficies figurae in hemisphaerio inscriptae eosdem terminos habent in uno plano (utraque enim superficies terminum habet ambitum circuli circum diametrum $B\Delta$ descripti ad circulum $AB\Gamma\Delta$ perpendicularis), et utraque in eandem partem caua est, et altera ab altera comprehenditur superficie superficieque plana eosdem, quos illa, terminos habenti.[1])

---

1) Quare superficies figurae inscriptae minor est superficie sphaerae (post. 4 p. 8). nec Archimedes hoc praetermíserat, ut ex uerbis ὁμοίως δὲ καί lin. 26 adparet; cfr. Quaest. Arch. p. 73. superficies ergo figurae minor est superficie hemisphaerii mg. B².

φάνεια ἐλάσσων ἐστὶν τῆς τοῦ ἡμισφαιρίου ἐπιφανείας· καὶ ὅλη οὖν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος τοῦ ἐν τῇ σφαίρᾳ ἐλάσσων ἐστὶν τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

κδ'.

Ἡ τοῦ ἐγγραφομένου σχήματος εἰς τὴν σφαῖραν ἐπιφάνεια ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς πλευρᾶς τοῦ σχήματος καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς πλευρὰς τοῦ πολυγώνου παραλλήλοις οὔσαις τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινούσῃ εὐθείᾳ.

ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ πολύγωνον ἐγγεγράφθω ἰσόπλευρον, οὗ αἱ πλευραὶ ὑπὸ τετράδος μετροῦνται, καὶ ἀπὸ τοῦ πολυγώνου τοῦ ἐγγεγραμμένου νοείσθω τι εἰς τὴν σφαῖραν ἐγγραφὲν σχῆμα, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ παράλληλοι οὖσαι τῇ ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινούσῃ εὐθείᾳ, κύκλος δέ τις ἐκκείσθω ὁ Ξ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ καὶ τῆς ἴσης ταῖς ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ· λέγω, ὅτι ὁ κύκλος οὗτος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ εἰς τὴν σφαῖραν ἐγγραφομένου σχήματος.

ἐκκείσθωσαν γὰρ κύκλοι οἱ Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, καὶ τοῦ μὲν Ο ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΑ καὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΕΖ, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Π δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΑ καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΕΖ, ΗΘ, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῆς ΕΑ καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΗΘ, ΓΔ, ἡ δὲ ἐκ τοῦ

1 ἐστίν] C, εστι A. 9 παραλλήλοις οὔσαις] *Nizzius*, ≚ οὔσας C, entia equedistantia B, τετραγωνους ουσας A. 17 δέ] scripsi, δη ABC.

eodem modo etiam figurae in altero hemisphaerio inscriptae superficies minor est superficie hemisphaerii; ergo etiam tota superficies figurae in sphaera inscriptae minor est superficie sphaerae.

XXIV.

Superficies figurae in sphaera inscriptae aequalis est circulo, cuius radius quadratus aequalis est rectangulo, quod continetur latere figurae et recta aequali omnibus simul rectis iungentibus angulos[1]) polygoni rectae sub duo latera polygoni subtendenti parallelis.

sit in sphaera circulus maximus $AB\Gamma\Delta$, et in eo inscribatur polygonum aequilaterum, cuius laterum numerus[2]) per quattuor diuidi possit, et in polygono inscripto fingatur figura inscripta in sphaera, et ducantur rectae EZ, $H\Theta$, $\Gamma\Delta$, $K\Lambda$, MN parallelae rectae sub duo latera subtendenti, ponatur autem circulus Ξ, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo, quod recta AE et recta omnibus simul rectis EZ, $H\Theta$, $\Gamma\Delta$, $K\Lambda$, MN aequali continetur; dico, hunc circulum aequalem esse superficiei figurae in sphaera inscriptae.

ponantur enim circuli O, Π, P, Σ, T, Υ, et radius circuli O quadratus aequalis sit rectangulo, quod continetur



recta EA et dimidia recta EZ, radius autem circuli Π

1) Cfr. p. 87 not. 1.

2) Archimedem puto scripsisse lin. 12—13: οὗ τὸ πλῆθος τῶν πλευρῶν μετρείσθω ὑπὸ τετράδος; Quaest. Arch. p. 76.

κέντρου τοῦ Σ δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΛ καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΓΔ, ΚΛ, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Τ δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ καὶ τῆς ἡμισείας τῶν ΚΛ, ΜΝ, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Υ δυνάσθω τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ καὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΜΝ. διὰ δὴ ταῦτα ὁ μὲν Ο κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΕΖ κώνου, ὁ δὲ Π τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν ΕΖ, ΗΘ, ὁ δὲ Ρ τῇ μεταξὺ τῶν ΗΘ, ΓΔ, ὁ δὲ Σ τῇ μεταξὺ τῶν ΔΓ, ΚΛ, καὶ ἔτι ὁ μὲν Τ ἴσος ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν ΚΛ, ΜΝ, ὁ δὲ Υ τῇ τοῦ ΜΒΝ κώνου ἐπιφανείᾳ ἴσος ἐστίν· οἱ πάντες ἄρα κύκλοι ἴσοι εἰσὶν τῇ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐπιφανείᾳ. καὶ φανερόν, ὅτι αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλων δύνανται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ καὶ δὶς τῶν ἡμίσεων τῆς ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ, αἳ ὅλαι εἰσὶν αἱ ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ· αἱ ἄρα ἐκ τῶν κέντρων τῶν Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλων δύνανται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΕ καὶ πασῶν τῶν ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ξ κύκλου δύναται τὸ ὑπὸ τῆς ΑΕ καὶ τῆς συγκειμένης ἐκ πασῶν τῶν ΕΖ, ΗΘ, ΓΔ, ΚΛ, ΜΝ· ἡ ἄρα ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ξ κύκλου δύναται τὰ ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν κέντρων τῶν Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλων· καὶ ὁ κύκλος ἄρα ὁ Ξ ἴσος ἐστὶ τοῖς Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλοις. οἱ δὲ Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ κύκλοι ἀπεδείχθησαν ἴσοι τῇ εἰρημένῃ τοῦ σχήματος ἐπιφανείᾳ· καὶ ὁ Ξ ἄρα κύκλος ἴσος ἔσται τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος.

---

10 *ΔΓ*] *gd* B. **15** *δύνανται*] B(C)G, *δυναται* A. **17** *ὅλαι*] EG, *ολοι* AC. *ΓΔ*] (C)G, om. AB. **21** *δύναται*] (C)BG, e corr. D, *δυνανται* A. **24** *τὰ ἀπὸ τῶν*] scripsi, *τας* AB(C).

quadratus aequalis sit rectangulo, quod continetur recta EA et dimidia parte rectarum EZ, $H\Theta$, radius autem circuli P quadratus aequalis sit rectangulo, quod recta EA et dimidia parte rectarum $H\Theta$, $\Gamma\Delta$ continetur, radius autem circuli Σ quadratus aequalis sit rectangulo, quod recta EA et dimidia parte rectarum $\Gamma\Delta$, $K\Lambda$ continetur, radius autem circuli T quadratus aequalis sit rectangulo, quod recta AE et dimidia parte rectarum $K\Lambda$, MN continetur, radius autem circuli Υ quadratus aequalis sit rectangulo, quod recta AE et dimidia recta MN continetur. qua de causa circulus O aequalis est superficiei coni AEZ [prop. 14], Π circulus aequalis superficiei conicae inter EZ, $H\Theta$ rectas positae, P circulus superficiei inter $H\Theta$, $\Gamma\Delta$ positae, Σ superficiei inter $\Delta\Gamma$, $K\Lambda$ positae, T superficiei inter $K\Lambda$, MN positae,[1]) Υ circulus superficiei coni MBN;[2]) quare omnes simul circuli aequales sunt superficiei figurae inscriptae. et adparet, radios circulorum O, Π, P, Σ, T, Υ quadratos aequales esse rectangulo, quod continetur recta AE et dimidiis rectis EZ, $H\Theta$, $\Gamma\Delta$, $K\Lambda$, MN bis sumptis, quae sunt totae rectae EZ, $H\Theta$, $\Gamma\Delta$, $K\Lambda$, MN; itaque radii circulorum O, Π, P, Σ, T, Υ quadrati

$$= AE \times (EZ + H\Theta + \Gamma\Delta + K\Lambda + MN).$$

sed etiam radius circuli Ξ quadratus

$$= AE \times (EZ + H\Theta + \Gamma\Delta + K\Lambda + MN)$$

[ex hypothesi]; radius igitur circuli Ξ quadratus aequalis est radiis circulorum O, Π, P, Σ, T, Υ quadratis; quare etiam[3])

$$\Xi = O + \Pi + P + \Sigma + T + \Upsilon.$$

sed demonstratum est, circulos O, Π, P, Σ, T, Υ aequales esse figurae superficiei, quam significauimus; ergo etiam conus Ξ superficiei figurae aequalis erit.

1) Haec omnia sequuntur ex prop. 16, quia aequalia sunt latera polygoni.
2) Sequitur ex prop. 14, quia $EA = MB$.
3) Eucl. XII, 2; cfr. Quaest. Arch. p. 48.

κε΄.

Τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος εἰς τὴν σφαῖραν ἡ ἐπιφάνεια ἡ περιεχομένη ὑπὸ τῶν κωνικῶν ἐπιφανειῶν ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.

ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, καὶ ἐν αὐτῷ ἐγγεγράφθω πολύγωνον [ἀρτιόγωνον] ἰσόπλευρον, οὗ αἱ πλευραὶ ὑπὸ τετράδος μετροῦνται, καὶ ἀπ' αὐτοῦ νοείσθω ἐπιφάνεια ἡ ὑπὸ τῶν κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχομένη· λέγω, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγραφέντος ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.

ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτείνουσαι τοῦ πολυγώνου αἱ ΕΙ, ΘΜ καὶ ταύταις παράλληλοι αἱ ΖΚ, ΔΒ, ΗΛ, ἐκκείσθω δέ τις κύκλος ὁ Ρ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ ὑπὸ τῆς ΕΑ καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ΕΙ, ΖΚ, ΒΔ, ΗΛ, ΘΜ· διὰ δὴ τὸ προδειχθὲν ἴσος ἐστὶν ὁ κύκλος τῇ τοῦ εἰρημένου σχήματος ἐπιφανείᾳ. καὶ ἐπεὶ ἐδείχθη, ὅτι ἐστίν, ὡς ἡ ἴση πάσαις ταῖς ΕΙ, ΖΚ, ΒΔ, ΗΛ, ΘΜ πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ κύκλου τὴν ΑΓ, οὕτως ἡ ΓΕ πρὸς ΕΑ, τὸ ἄρα ὑπὸ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς εἰρημέναις καὶ τῆς ΕΑ, τουτέστιν τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ κύκλου, ἴσον ἐστὶν τῷ ὑπὸ τῶν ΑΓ, ΓΕ. ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὸ ΑΓ, ΓΕ ἔλασσόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ· ἔλασσον ἄρα ἐστὶν τὸ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ [ἐλάσσων ἄρα ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Ρ τῆς ΑΓ· ὥστε ἡ διάμετρος τοῦ Ρ κύκλου ἐλάσσων ἐστὶν ἢ διπλασία τῆς διαμέτρου τοῦ ΑΒΓΔ κύ-

8 ἀπ'] scripsi επ' ABC; cfr. p. 94, 13. 15 ΔΒ] *bd* B. 25 ἔλασσόν] CE, ελασσων A. 26 ἐστίν] ἐστι | C, εστι A.

XXV.

Superficies figurae in sphaera inscriptae, quae per superficies conicas continetur,[1]) minor est quam quadruplo maior circulo maximo sphaerae.

sit sphaerae circulus maximus $AB\Gamma\Delta$, et in eo inscribatur polygonum[2]) aequilaterum, cuius laterum numerus[3]) per quattuor diuidi possit, et fingatur superficies inde orta, quae per superficies conicas comprehenditur; dico, superficiem polygoni inscripti minorem esse quam quadruplo maiorem circulo maximo sphaerae.



ducantur enim rectae sub duo latera polygoni subtendentes EI, ΘM iisque parallelae rectae ZK, ΔB, $H\Lambda$, ponatur autem circulus P, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo, quod recta EA et recta aequali omnibus rectis EI, ZK, $B\Delta$, $H\Lambda$, ΘM continetur; itaque propter ea, quae antea demonstrauimus [prop. 24], circulus aequalis est superficiei figurae, quam commemorauimus. et quoniam demonstratum est, rectam omnibus rectis EI, ZK, $B\Delta$, $H\Lambda$, ΘM aequalem ad diametrum circuli $A\Gamma$ eam habere rationem, quam ΓE ad EA [prop. 21], erit

1) Minus adcurate de superficie usurpatur περιέχεσθαι; cfr. lin. 10.

2) ἀρτιόγωνον lin. 7 delendum est, quia lin. 8 repugnat, et quia desideratur καί ante ἰσόπλευρον. ἰσογώνιόν τε καί Nizze.

3) Cfr. p. 95 not. 2.

κλου, καὶ δύο ἄρα τοῦ $ΑΒΓΔ$ κύκλου διάμετροι μείζους εἰσὶ τῆς διαμέτρου τοῦ $Ρ$ κύκλου, καὶ τὸ τετράκις ἀπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ $ΑΒΓΔ$ κύκλου, τουτέστι τῆς $ΑΓ$, μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς τοῦ $Ρ$ κύκλου διαμέτρου. ὡς δὲ τὸ τετράκις ἀπὸ τῆς $ΑΓ$ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς τοῦ $Ρ$ κύκλου διαμέτρου, οὕτως τέσσαρες κύκλοι οἱ $ΑΒΓΔ$ πρὸς τὸν $Ρ$ κύκλον· τέσσαρες ἄρα κύκλοι οἱ $ΑΒΓΔ$ μείζους εἰσὶν τοῦ $Ρ$ κύκλου]· ὁ ἄρα κύκλος ὁ $Ρ$ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλάσιος τοῦ μεγίστου κύκλου. ὁ δὲ $Ρ$ κύκλος ἴσος ἐδείχθη τῇ εἰρημένῃ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος· ἡ ἄρα ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.

κς΄.

Τῷ ἐγγραφομένῳ ἐν τῇ σφαίρᾳ σχήματι τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν ἴσος ἐστὶν κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος τοῦ ἐγγραφέντος ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

ἔστω ἡ σφαῖρα καὶ ὁ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ $ΑΒΓΔ$ καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ τῷ πρότερον, ἔστω δὲ κῶνος ὀρθὸς ὁ $Ρ$ βάσιν μὲν ἔχων τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σχήματος τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ· δεικτέον, ὅτι ὁ κῶνος ὁ $Ρ$ ἴσος ἐστὶν τῷ ἐγγεγραμμένῳ ἐν τῇ σφαίρᾳ σχήματι.

ἀπὸ γὰρ τῶν κύκλων, ὧν εἰσι διάμετροι αἱ $ΖΝ$,

12 ἐστίν] comp. C, εστι A. 13 ἑξῆς τὸ σχῆμα (C). 23 τὴν ἐπιφάνειαν] ABC, ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ mg. G.

$$EA \times (EI + ZK + B\varDelta + H\varLambda + \Theta M),$$

h. e. radius circuli P quadratus [ex hypothesi],

$$= A\Gamma \times \Gamma E \text{ [Eucl. VI, 16].}$$

sed

$$A\Gamma \times \Gamma E < A\Gamma^2 \text{ [Eucl. III, 15];}$$

itaque radius circuli P quadratus $< A\Gamma^2$; circulus[1]) P igitur minor est quam quadruplo maior circulo maximo. sed demonstratum est, circulum P aequalem esse superficiei figurae, quam commemorauimus; ergo superficies figurae minor est quam quadruplo maior circulo maximo sphaerae.

XXVI.

Figurae in sphaera inscriptae per superficies conicas comprehensae aequalis est conus basim habens circulum superficiei figurae in sphaera inscriptae aequalem, altitudinem autem aequalem rectae a centro sphaerae ad latus aliquod polygoni perpendiculari ductae.

sit sphaera et in ea circulus maximus $AB\Gamma\varDelta$, et cetera eodem modo, quo supra [prop. 25], sit autem conus rectus P basim habens superficiem figurae in sphaera inscriptae, altitudinem autem aequalem rectae a centro sphaerae ad latus polygoni perpendiculari ductae; demonstrandum est, conum P aequalem esse figurae in sphaera inscriptae.

construantur enim in circulis, quorum diametri sunt ZN, HM, $\Theta\varLambda$, IK, coni uerticem habentes centrum sphaerae; erit igitur rhombus solidus ex cono, cuius basis est circulus circum ZN diametrum descriptus, uertex autem punctum A, et cono, cuius basis est idem circulus, uertex autem X punctum, compositus;[2]) qui aequalis est cono basim habenti super-

---

1) Nam diametrus circuli P quadrata $< 4\, A\Gamma^2$; tum u. Eucl. XII, 2. uerba lin. 1 καί — 2 κύκλου damnaui Quaest. Arch. p. 74, sed demonstratio sic quoque longis ambagibus laborat. putauerim, totum locum p. 98, 27 ἐλάσσων ἄρα — lin. 8 τοῦ P κύκλου subditiuum esse.

2) Desideratur συγκείμενος; nam ἔσται p. 102, 2 idem fere est, quod γενήσεται. nec Archimedes p. 102, 7 omiserat πρὸς τὴν

ΗΜ, ΘΛ, ΙΚ, κῶνοι ἀναγεγράφθωσαν κορυφὴν ἔχοντες τὸ τῆς σφαίρας κέντρον· ἔσται δὴ ῥόμβος στερεὸς ἔκ τε τοῦ κώνου, οὗ βάσις μέν ἐστιν ὁ κύκλος ὁ περὶ τὴν ΖΝ, κορυφὴ δὲ τὸ Λ σημεῖον, καὶ τοῦ κώνου, οὗ βάσις ὁ αὐτὸς κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Χ σημεῖον· ἴσος ἐστὶ τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ΝΛΖ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Χ καθέτῳ ἠγμένῃ. πάλιν δὲ καὶ τὸ περιλελειμμένον τοῦ ῥόμβου τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΖΝ, ΗΜ καὶ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κώνων τοῦ τε ΖΝΧ καὶ τοῦ ΗΜΧ ἴσον ἐστὶ τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΜΗ, ΖΝ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Χ ἐπὶ τὴν ΖΗ καθέτῳ ἠγμένῃ· δέδεικται γὰρ ταῦτα. ἔτι δὲ καὶ τὸ περιλειπόμενον τοῦ κώνου τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΗΜ, ΒΔ καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ΜΗΧ κώνου καὶ τοῦ κύκλου τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΒΔ ἴσον τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΗΜ, ΒΔ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Χ ἐπὶ τὴν ΒΗ καθέτῳ ἠγμένῃ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ ὅ τε ῥόμβος ὁ ΧΚΓΙ καὶ τὰ περιλείμματα

---

1 *ΘΛ, ΙΚ*] AC, *ti lk* B. In fig. *Λ* et *Ι* permutant, pro *Χ* habent K AB, corr. G. **3** *τοῦ*] addidi, om. AC. *ἐστιν*] cum *Torellio*, *εστω* AB(C). **5** *ἴσος*] ABC, *καὶ ἴσος Torellius.* **6** *ἐστί*] om. G, del. B. **7** *καθέτῳ*] des. C. **8** *περιλελειμμένον*] EH, *περιλελιμμενον* DG, circumacceptum B, derelictum B². **10** *τάς*] *Torellius*, *την* A. **14** *ΜΗ, ΖΝ*] e corr. B, *ΜΝΖΗ* A. **17** *τὸ περιεχόμενον*] scripsi, *του περι-*

ficiem coni NAZ, altitudinem autem aequalem rectae a X puncto ⟨ad AZ⟩ perpendiculari ductae [prop. 18]. rursus autem frustum rhombi[1]) relictum, quod superficie coni inter plana parallela in ZN, HM posita et superficie conorum ZNX, HMX continetur, aequale est cono basim habenti aequalem superficiei coni inter plana parallela in MH, ZN posita, altitudinem autem aequalem rectae a X puncto ad ZH perpendiculari ductae [prop. 20]. praeterea frustum relictum coni,[2]) quod superficie coni inter plana parallela in HM, $B\Delta$ posita et superficie coni MHX et circulo circum diametrum $B\Delta$ descripto continetur, aequale est cono basim habenti aequalem superficiei coni inter plana in HM, $B\Delta$ posita, altitudinem autem aequalem rectae a X puncto ad BH perpendiculari ductae [prop. 19]. eodem modo etiam in altero hemisphaerio rhombus $XK\Gamma I$ et frusta relicta conorum[3]) aequalia erunt totidem et talibus conis, quot et quales supra indicauimus; adparet igitur, etiam totam figu-

AZ, quod post X addi uoluit Torellius. in loco ab interpolatore male habito asyndeton lin. 5 tolerandum uidetur.

1) Hic rhombus oritur productis rectis MN, ZH, donec concurrant, et continetur rectis MN, ZH productis et rectis MX, XH.

2) Qui oritur rectis $M\Delta$, HB productis, donec concurrant.

3) Debebat esse: rhombi (qui oritur productis ΛK, ΘI, donec concurrant) et coni (qui oritur eodem modo productis $\Delta\Lambda$, $B\Theta$).

χομενον AB. 18 τῆς] *Basil.*, τῃ A. 22 τῶν (pr.)] *Torellius*, των τε A. 25 $XK\Gamma I$] *Basil.*, $XK\Gamma\Lambda$ AB. περιλείμματα] B², περιλιμματα DG, περιλήμματα BEH.

τῶν κώνων ἴσα ἔσται τοσούτοις καὶ τηλικούτοις κώνοις, ὅσοι καὶ πρότερον ἐρρήθησαν· δῆλον οὖν, ὅτι καὶ ὅλον τὸ σχῆμα τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῇ σφαίρᾳ ἴσον ἐστὶν πᾶσιν τοῖς εἰρημένοις κώνοις. οἱ δὲ κῶνοι ἴσοι εἰσὶν τῷ Ρ κώνῳ, ἐπειδὴ ὁ Ρ κῶνος ὕψος μὲν ἔχει ἑκάστῳ ἴσον τῶν εἰρημένων κώνων, βάσιν δὲ ἴσην πάσαις ταῖς βάσεσιν αὐτῶν· δῆλον οὖν, ὅτι τὸ ἐν τῇ σφαίρᾳ ἐγγεγραμμένον ἴσον ἐστὶν τῷ ἐκκειμένῳ κώνῳ.

κζ'.

Τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐν τῇ σφαίρᾳ τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν ἔλασσόν ἐστιν ἢ τετραπλάσιον τοῦ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

ἔστω γὰρ γινόμενος κῶνος ἴσος τῷ σχήματι τῷ ἐγγεγραμμένῳ ἐν τῇ σφαίρᾳ τὴν βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος, τὸ δὲ ὕψος ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ ἐγγραφέντος πολυγώνου ὁ Ρ, ὁ δὲ κῶνος ὁ Ξ ἔστω βάσιν ἔχων ἴσην τῷ ΑΒΓΔ κύκλῳ, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου.

ἐπεὶ οὖν ὁ Ρ κῶνος βάσιν ἔχει ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ του ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ Χ καθέτῳ ἀγομένῃ ἐπὶ τὴν ΑΖ, ἐδείχθη δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐλάσσων ἢ τετραπλασία τοῦ ἐν τῇ σφαίρᾳ μεγίστου κύκλου, ἔσται ἄρα ἡ τοῦ Ρ κώνου βάσις ἐλάσσων ἢ τετρα-

---

13 *τῶν*] BG, *τῶ* E, *τον* A. 15 *γάρ*] scripsi, *γαρ ο* A. 24 *ἴσον*] BGH, om. DE.

ram in sphaera inscriptam aequalem esse omnibus conis, quos commemorauimus. coni autem aequales sunt P cono, quoniam conus P altitudinem habet altitudini[1]) cuiusuis conorum, quos commemorauimus, aequalem, basim autem aequalem omnibus simul basibus eorum [lemm. 1 p. 72; cfr. Quaest. Arch. p. 48]; ergo adparet, figuram in sphaera inscriptam aequalem esse cono, quem posuimus.

XXVII.

Figura in sphaera inscripta, quam superficies conicae comprehendunt, minor est quam quadruplo maior cono basim habenti aequalem circulo maximo sphaerae, altitudinem autem radio sphaerae aequalem.

construatur enim conus P aequalis figurae in sphaera inscriptae basim habens superficiei figurae inscriptae aequalem, altitudinem autem aequalem rectae a centro circuli ad latus aliquod polygoni inscripti perpendiculari ductae [prop. 26], conus autem Ξ basim habeat aequalem circulo $AB\Gamma\Delta$, altitudinem autem radium circuli $AB\Gamma\Delta$.

quoniam igitur conus P basim habet aequalem superficiei



1) ἑκάστῳ sc. κώνῳ, pro ἑκάστου (sc. ὕψει).

πλασία τῆς βάσεως τοῦ Ξ κώνου. ἔστιν δὲ καὶ τὸ ὕψος τοῦ Ρ ἔλασσον τοῦ ὕψους τοῦ Ξ κώνου· ἐπεὶ οὖν ὁ Ρ κῶνος τὴν μὲν βάσιν ἔχει ἐλάσσονα ἢ τετραπλασίαν τῆς τοῦ Ξ βάσεως, τὸ δὲ ὕψος ἔλασσον τοῦ ὕψους, δῆλον, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Ρ κῶνος ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλάσιος τοῦ Ξ κώνου. ἀλλὰ καὶ ὁ Ρ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι· τὸ ἄρα ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἔλασσόν ἐστιν ἢ τετραπλάσιον τοῦ Ξ κώνου.

κη'.

Ἔστω ἐν σφαίρᾳ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, περὶ δὲ τὸν ΑΒΓΔ κύκλον περιγεγράφθω πολύγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον, τὸ δὲ πλῆθος τῶν πλευρῶν αὐτοῦ μετρείσθω ὑπὸ τετράδος, τὸ δὲ περὶ τὸν κύκλον περιγεγραμμένον πολύγωνον κύκλος περιγεγραμμένος περιλαμβανέτω περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον γινόμενος τῷ ΑΒΓΔ. μενούσης δὴ τῆς ΕΗ περιενεχθήτω τὸ ΕΖΗΘ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ τό τε πολύγωνον καὶ ὁ κύκλος· δῆλον οὖν, ὅτι ἡ μὲν περιφέρεια τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου κατὰ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας οἰσθήσεται, ἡ δὲ περιφέρεια τοῦ ΕΖΗΘ κατ' ἄλλης ἐπιφανείας σφαίρας τὸ αὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ ἐλάσσονι οἰσθήσεται, αἱ δὲ ἁφαί, καθ' ἃς ἐπιψαύουσιν αἱ πλευραί, γράφουσιν κύκλους ὀρθοὺς πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον ἐν τῇ ἐλάσσονι σφαίρᾳ, αἱ δὲ γωνίαι τοῦ πολυγώνου χωρὶς τῶν πρὸς τοῖς Ε, Η σημείοις κατὰ κύκλων περιφερειῶν οἰσθήσονται ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς μείζονος σφαίρας γεγραμμένων ὀρθῶν πρὸς τὸν ΕΖΗΘ κύκλον, αἱ δὲ πλευραὶ τοῦ πολυγώνου κατὰ κωνικῶν ἐπι-

1 τῆς βάσεως] om. B, supra scr. B². 10 κη'] om. AB.

figurae in sphaera inscriptae, altitudinem autem aequalem rectae a X puncto ad AZ perpendiculari ductae, et demonstratum est, superficiem figurae inscriptae minorem esse quam quadruplo maiorem circulo maximo sphaerae [prop. 25], basis coni P minor erit quam quadruplo maior basi coni Ξ. uerum etiam altitudo coni P minor est altitudine coni Ξ; quoniam igitur conus P basim habet minorem quam quadruplo maiorem basi coni Ξ, altitudinem autem altitudine minorem, adparet, ipsum quoque conum P minorem esse quam quadruplo maiorem cono Ξ.[1]) sed conus P idem aequalis est figurae inscriptae; ergo figura inscripta minor est quam quadruplo maior cono Ξ.

XXVIII.

Sit $AB\Gamma\Delta$ circulus maximus sphaerae, et circum $AB\Gamma\Delta$ circulum circumscribatur polygonum aequilaterum et aequiangulum, et numerus laterum eius per quattuor diuidi possit, polygonum autem circum circulum circumscriptum comprehendat circulus circumscriptus eodem centro, quo $AB\Gamma\Delta$, descriptus. manente igitur recta EH planum $EZH\Theta$ circumuoluatur, in quo et polygonum et circulus est; adparet igitur, ambitum circuli $AB\Gamma\Delta$ per superficiem sphaerae circumuolutum iri, ambitum autem circuli $EZH\Theta$ per aliam superficiem sphaerae idem centrum habentis, quod habeat minor sphaera, circumuolutum iri, puncta autem contactus, in quibus latera contingant, circulos ad circulum $AB\Gamma\Delta$ perpendiculares in sphaera minore descriptura esse, angulos autem polygoni praeter angulos ad E, H puncta positos per ambitus circulorum circumuolutum iri in superficie sphaerae maioris descriptorum ad circulum $EZH\Theta$ perpendicularium, latera autem polygoni per superficies conicas circumuolutum iri, quemadmodum in propositionibus praecedentibus [23—27]; figura igitur per superficies conicas comprehensa circum sphaeram minorem circumscripta, in maiore uero sphaera inscripta erit. superficiem autem figurae circumscriptae

1) Cfr. lemm. 1 p. 72.

φανειῶν οἰσθήσονται, καθάπερ ἐπὶ τῶν πρὸ τούτου· ἔσται οὖν τὸ σχῆμα τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν περὶ μὲν τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν περιγεγραμμένον, ἐν δὲ τῇ μείζονι ἐγγεγραμμένον. ὅτι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας, οὕτως δειχθήσεται· ἔστω γὰρ ἡ ΚΔ διάμετρος κύκλου τινὸς τῶν ἐν τῇ ἐλάσσονι σφαίρᾳ τῶν Κ, Δ σημείων ὄντων, καθ' ἃ ἅπτονται τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου αἱ πλευραὶ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου. διῃρημένης δὴ τῆς σφαίρας ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ κατὰ τὴν ΚΔ ὀρθοῦ πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν διαιρεθήσεται ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου. καὶ φανερόν, ὅτι τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσιν ἐν ἐπιπέδῳ· ἀμφοτέρων γὰρ τῶν ἐπιπέδων πέρας ἐστὶν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια τοῦ περὶ διάμετρον τὴν ΚΔ ὀρθοῦ πρὸς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον· καί εἰσιν ἀμφότεραι ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι, καὶ περιλαμβάνεται ἡ ἑτέρα αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἑτέρας ἐπιφανείας καὶ τῆς ἐπιπέδου τῆς τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχούσης· ἐλάσσων οὖν ἐστιν ἡ περιλαμβανομένη τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας ἐπιφάνεια τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ αὐτήν. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ τοῦ λοιποῦ τμήματος τῆς σφαίρας ἐπιφάνεια ἐλάσσων ἐστὶν τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ αὐτήν· δῆλον οὖν, ὅτι καὶ ὅλη ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ αὐτήν.

---

1 *τῶν*] *Nizzius*, του AB. *πρὸ τούτου*] *Torellius*, *πρωτου* AB. 7 *ἡ*] BH, e corr. E, ὁ G, οι A. 9 *αἱ πλευραί*] scripsi, cfr. p. 106, 23; *αἱ δύο πλευραί Basil.*, om. AB.

maiorem esse superficie sphaerae, sic demonstrabimus. sit enim $K\Delta$ diametrus circuli alicuius in sphaera minore descripti lateribus polygoni circumscripti circulum $AB\Gamma\Delta$ in punctis K, Δ contingentibus. diuisa igitur sphaera plano in $K\Delta$ ad circulum $AB\Gamma\Delta$ perpendiculari posito etiam superficies figurae circum sphaeram circumscriptae eodem plano diuidetur. et adparet, ⟨superficies sphaerae figuraeque⟩ eosdem terminos in plano habere (utraque enim superficies[1]) terminum habet ambitum circuli circum diametrum



$K\Delta$ ad circulum $AB\Gamma\Delta$ perpendicularis descripti), et utraque in eandem partem caua est, et altera superficies ab altera et plano eosdem terminos habenti comprehenditur; minor igitur est comprehensa superficies segmenti sphaerae superficie figurae circum id circumscriptae [post. 4 p. 8]. eodem modo etiam superficies reliqui sphaerae segmenti minor est superficie figurae circum id circumscriptae; ergo adparet, etiam totam superficiem sphaerae minorem esse superficie figurae circum eam circumscriptae.

1) Debebat esse ἐπιφανειῶν pro ἐπιπέδων lin 15. sed tota haec demonstratio ab interpolatore deformata est.

κθ'.

Τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν ἴσος ἐστὶ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου οὔσαις παρά τινα τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς τοῦ πολυγώνου ὑποτεινουσῶν.

τὸ γὰρ περιγεγραμμένον περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν ἐγγέγραπται εἰς τὴν μείζονα σφαῖραν· τοῦ δὲ ἐγγεγραμμένου ἐν τῇ σφαίρᾳ περιεχομένου ὑπὸ τῶν ἐπιφανειῶν τῶν κωνικῶν δέδεικται ὅτι τῇ ἐπιφανείᾳ ἴσος ἐστὶν ὁ κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου οὔσαις παρά τινα τῶν ὑπὸ δύο πλευρὰς ὑποτεινουσῶν· δῆλον οὖν ἐστι τὸ προειρημένον.

λ'.

Τοῦ σχήματος τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὴν σφαῖραν ἡ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶν ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.

ἔστω γὰρ ἥ τε σφαῖρα καὶ ὁ κύκλος καὶ τὰ ἄλλα τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον προκειμένοις, καὶ ὁ Λ κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ ἔστω τοῦ προκειμένου περιγεγραμμένου περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν.

ἐπεὶ οὖν ἐν τῷ ΕΖΗΘ κύκλῳ πολύγωνον ἰσόπλευρον ἐγγέγραπται καὶ ἀρτιογώνιον, αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς τοῦ πολυγώνου πλευρὰς παράλληλοι οὖσαι

---

1 κθ'] κη' AB. 11 τῇ ἐπιφανείᾳ] *Basil.*, της επιφανειας A. 14 ἐπιζευγνυούσαις] GH, ἐπι^{ζευ}γνυουσαις D, ἐπιγνυούσαις E. 17 λ'] κθ' AB.

XXIX.

Superficiei figurae circum sphaeram circumscriptae aequalis est circulus, cuius radius quadratus aequalis est rectangulo, quod continetur uno latere polygoni rectaque aequali omnibus rectis angulos polygoni iungentibus rectae sub duo latera polygoni subtendenti parallelis.

figura enim circum sphaeram minorem circumscripta in sphaera maiore inscripta est [prop. 28]; et demonstratum est, superficiei figurae in sphaera inscriptae per superficies conicas comprehensae aequalem esse conum, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo, quod contineatur uno latere polygoni rectaque aequali omnibus rectis angulos polygoni iungentibus rectae sub duo latera subtendenti parallelis [prop. 24]; constat igitur, quod supra dictum est.

XXX.

Superficies figurae circum sphaeram circumscriptae maior est quam quadruplo maior circulo maximo sphaerae.

sit enim et sphaera et circulus et cetera eadem, quae antea posuimus, et circulus Λ aequalis sit superficiei figurae datae circum sphaeram minorem circumscriptae.

quoniam igitur in circulo $EZH\Theta$ polygonum inscriptum est aequilaterum, cuius anguli pares sunt numero, rectae angulos[1]) polygoni coniungentes rectae $Z\Theta$ parallelae ad $Z\Theta$ eandem rationem habent, quam ΘK ad KZ [prop. 21]; itaque rectangulum, quod continetur uno latere polygoni rectaque aequali omnibus rectis angulos polygoni iungentibus

$$= Z\Theta \times \Theta K \text{ [Eucl. VI, 16]};$$

quare radius circuli Λ quadratus aequalis est $Z\Theta \times \Theta K$ [prop. 29]; itaque radius circuli $\Lambda > \Theta K$.[2]) sed recta ΘK

1) U. p. 87 not. 1.
2) Quia $Z\Theta > \Theta K$ [Eucl. III, 15].

τῇ ΖΘ πρὸς τὴν ΖΘ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχουσιν, ὃν ἡ ΘΚ πρὸς ΚΖ· ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν ΖΘΚ· ὥστε ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου ἴσον δύναται τῷ ὑπὸ ΖΘΚ· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου τῆς ΘΚ. ἡ δὲ ΘΚ ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου [διπλασία γάρ ἐστιν τῆς ΧΜ οὔσης ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου]· δῆλον οὖν, ὅτι μείζων ἐστὶν ἢ τετραπλάσιος ὁ Λ κύκλος, τουτέστιν ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν, τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ.

λα΄.

Τῷ περιγεγραμμένῳ σχήματι περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν ἴσος ἐστὶ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

τὸ γὰρ περιγεγραμμένον σχῆμα περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν ἐγγέγραπται ἐν τῇ μείζονι σφαίρᾳ· τῷ δὲ ἐγγεγραμμένῳ σχήματι περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν κωνικῶν ἐπιφανειῶν δέδεικται ἴσος κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον τὸν ἴσον τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ· αὕτη δέ ἐστιν ἴση τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας· δῆλον οὖν ἐστι τὸ προτεθέν.

---

1 ΖΘ] e corr. B, ΖΕ AB. ΖΘ] e corr. BG, ΖΕ AB. 3 ἴσης] BG, om. A. 14 λα΄] om. AB.

aequalis est diametro circuli $AB\Gamma\Delta$ [u. Eutocius]; ergo adparet, circulum Λ, h. e. superficiem figurae circum sphaeram



minorem circumscriptae, maiorem esse quam quadruplo maiorem circulo maximo sphaerae.[1])

XXXI.

Figurae circum sphaeram minorem circumscriptae aequalis est conus basim habens circulum superficiei figurae aequalem, altitudinem autem aequalem radio sphaerae.

nam figura circum sphaeram minorem circumscripta in sphaera maiore inscripta est; et demonstratum est, figurae inscriptae per superficies conicas comprehensae aequalem esse conum basim habentem circulum aequalem superficiei figurae, altitudinem autem aequalem rectae a centro sphaerae ad latus polygoni perpendiculari ductae [prop. 26]; haec autem aequalis est radio sphaerae minoris; ergo constat propositum.

---

1) Eucl. XII, 2; cfr. prop. 25 p. 101 not. 1.

ΠΟΡΙΣΜΑ.

Ἐκ τούτου δὲ φανερόν, ὅτι τὸ σχῆμα τὸ περιγραφόμενον περὶ τὴν ἐλάσσονα σφαῖραν μεῖζόν ἐστιν ἢ τετραπλάσιον κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος τὸν μέγιστον κύκλον τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. ἐπειδὴ γὰρ ἴσος ἐστὶ τῷ σχήματι κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ, ὕψος δὲ ἴσον [τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ, τουτέστιν] τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ἐλάσσονος σφαίρας, ἔστι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν μείζων ἢ τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, μεῖζον ἄρα ἢ τετραπλάσιον ἔσται τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον περὶ τὴν σφαῖραν τοῦ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος τὸν μέγιστον κύκλον, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, ἐπειδὴ καὶ ὁ κῶνος ὁ ἴσος αὐτῷ μείζων ἢ τετραπλάσιος γίνεται τοῦ εἰρημένου κώνου [βάσιν τε γὰρ μείζονα ἢ τετραπλασίαν ἔχει καὶ ὕψος ἴσον].

λβ'.

Ἐὰν ᾖ ἐν σφαίρᾳ σχῆμα ἐγγεγραμμένον καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον ὑπὸ ὁμοίων πολυγώνων τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς πρότερον κατεσκευασμένα, ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐπιφάνειαν διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου περὶ τὸν μέγιστον κύκλον πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου ἐν τῷ αὐτῷ κύκλῳ, αὐτὸ δὲ τὸ σχῆμα [τὸ περιγεγραμμένον] πρὸς τὸ σχῆμα τριπλασίονα λόγον ἔχει τοῦ αὐτοῦ λόγου.

1 *πόρισμα*] mg. ⊡ D, om. AB. 4 *τόν*] addidi, om. A.

COROLLARIUM.

Hinc autem adparet, figuram circum sphaeram minorem circumscriptam maiorem esse quam quadruplo maiorem cono basim habenti circulum maximum sphaerae, altitudinem autem radium sphaerae. nam quoniam figurae aequalis est conus basim habens superficiei eius aequalem, altitudinem autem aequalem radio minoris sphaerae [prop. 31], superficies autem figurae circum sphaeram circumscriptae maior est quam quadruplo maior circulo maximo sphaerae [prop. 30], figura circum sphaeram circumscripta maior erit quam quadruplo maior cono basim habenti circulum maximum, altitudinem autem radium sphaerae, quoniam etiam conus ei aequalis maior est quam quadruplo maior cono, quem commemorauimus [lemm. 1 p. 72].[1])

XXXII.

Si in sphaera alia figura inscripta, alia circumscripta est polygonis similibus eodem modo, quo supra, effectae, superficies figurae circumscriptae ad superficiem inscriptae duplicem rationem habet quam latus polygoni circum circulum maximum circumscripti ad latus polygoni in eodem circulo inscripti, figura autem ipsa ad figuram rationem habet triplicem, quam eadem ratio est.

---

1) Uerba lin. 8 *τῇ ἀπὸ τοῦ*—9 *τουτέστιν* et 18 *βάσιν*—19 *ἴσον* damnaui NJS. XI p. 389. sed fortasse omnia inde a lin. 6 *ἐπειδή* usque ad finem delenda sunt. et hoc certum esset, si de titulo *πόρισμα* lin. 1 constaret; corollaria enim demonstranda non sunt.

---

10 *ἔστι*] inc. C. **13** *μεῖζον*] CGH, *μειζων* A. **15** *τοῦ βάσιν*] scripsi, *βασιν* AC. **17** *ὁ* (alt.)] A, om. C. **20** *λβ'*] *λ'* AB(C). **21** *ἡ*] AB, om. C. **23** *κατεσκευασμένα*] Jen., *κατεσκευασμενοις* AB(C). **28** *τὸ περιγεγραμμένον*] ABC; deleo. **29** *σχῆμα*] ABC, *σχῆμα τὸ ἐγγεγραμμένον* *Basil.*

ἔστω ἐν σφαίρᾳ κύκλος ὁ *ΑΒΓΔ*, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸν πολύγωνον ἰσόπλευρον, τὸ δὲ πλῆθος τῶν πλευρῶν αὐτοῦ μετρείσθω ὑπὸ τετράδος, καὶ ἄλλο περιγεγράφθω περὶ τὸν κύκλον ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, ἔτι δὲ αἱ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευραὶ ἐπιψαυέτωσαν τοῦ κύκλου κατὰ μέσα τῶν περιφερειῶν τῶν ἀποτεμνομένων ὑπὸ τῶν τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου πλευρῶν, αἱ δὲ *ΕΗ*, *ΖΘ* διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἔστωσαν ἀλλήλαις τοῦ κύκλου τοῦ περιλαμβάνοντος τὸ περιγεγραμμένον πολύγωνον καὶ ὁμοίως κείμεναι ταῖς *ΑΓ*, *ΒΔ* διαμέτροις, καὶ νοείσθωσαν ἐπιζευγνύμεναι ἐπὶ τὰς ἀπεναντίον γωνίας τοῦ πολυγώνου, αἳ γίγνονται ἀλλήλαις τε καὶ τῇ *ΖΒΔΘ* παράλληλοι. μενούσης δὴ τῆς *ΕΗ* διαμέτρου καὶ περιενεχθεισῶν τῶν περιμέτρων τῶν πολυγώνων περὶ τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν τὸ μὲν ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἔσται ἐν τῇ σφαίρᾳ, τὸ δὲ περιγεγραμμένον· δεικτέον οὖν, ὅτι ἡ μὲν ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ *ΕΛ* πρὸς *ΑΚ*, τὸ δὲ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἔχει τοῦ αὐτοῦ λόγου.

ἔστω γὰρ ὁ μὲν *Μ* κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὴν σφαῖραν, ὁ δὲ *Ν* ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου· δύναται ἄρα τοῦ μὲν *Μ* ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῆς *ΕΛ* καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου τοῦ περιγεγραμμένου, ἡ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ *Ν* τὸ ὑπὸ τῆς *ΑΚ* καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς

5 ἔτι δὲ αἱ] scripsi, επι δε ABC, αἱ δέ *Torellius*. 9 ἀλλήλαις] C, αλληλοις A. 13 γίγνονται] A, γίνονται C. *ΖΒΔΘ*]

sit in sphaera circulus ⟨maximus⟩[1]) $AB\Gamma\Delta$, in eoque inscribatur polygonum aequilaterum, cuius laterum numerus per quattuor diuidi possit, et aliud circum circulum circumscribatur inscripto simile, porro autem latera polygoni circumscripti circulum contingant in punctis mediis arcuum a lateribus polygoni inscripti abscisorum, EH, $Z\Theta$ autem diametri sint inter se perpendiculares circuli polygonum circumscriptum comprehendentis et similiter positae diametris $A\Gamma$, $B\Delta$, et fingantur rectae ad angulos inter se oppositos polygoni ductae, quae et inter se et rectae $ZB\Delta\Theta$ parallelae erunt. manente igitur diametro EH et perimetris polygonorum circum ambitum circuli circumuolutis[2]) altera figura in sphaera inscripta, altera circumscripta erit; itaque demonstrandum est, superficiem figurae circumscriptae ad superficiem inscriptae eam habere rationem, quam $E\Lambda^2 : AK^2$, figuram autem circumscriptam ad inscriptam eam, quam

$$E\Lambda^3 : AK^3.$$

sit enim circulus M aequalis superficiei figurae circum sphaeram circumscriptae, circulus autem N aequalis superficiei figurae inscriptae; radius igitur circuli M quadratus aequalis est rectangulo, quod continetur recta $E\Lambda$ rectaque aequali omnibus rectis angulos polygoni circumscripti iungentibus [prop. 29], radius autem circuli N quadratus aequalis rectangulo, quod continetur recta AK rectaque aequali omnibus rectis angulos ⟨polygoni inscripti⟩[3]) iun-

1) Archimedes uix omiserat *μέγιστος* ante *κύκλος* lin. 1; cfr. Quaest. Arch. p. 76. hoc ipsum addi uoluit Nizzius.

2) Debebat esse lin. 15—16 *μετὰ τῶν τῶν κύκλων περιφερειῶν* (*περὶ τὴν τοῦ κύκλου διάμετρον* Nizzius); sed non dubito illud neglegenter dictum transscriptori tribuere.

3) Archimedes uix omiserat *τοῦ πολυγώνου τοῦ ἐγγεγραμμένου* p. 118, 1; et hoc addidit Basil.

e corr. B, $BZ\Theta\Delta$ AC. 16 *ἐγγεγραμμένου*] *Nizzius*, *περιγεγραμμενον* ABC. 17 *περιγεγραμμένου*] *Nizzius*, *εγγεγραμμενον* ABC. 21 *πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον*] C, om. AB. 24 *περιγεγραμμένου* — 25 *τοῦ* (pr.)] bis C (alt. loco *ἡ* pro *τῇ* lin. 24). 29 *τό*] BC, *του* A.

ἐπιζευγνυούσαις τὰς γωνίας. καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστιν τὰ πολύγωνα, ὅμοια ἂν εἴη καὶ τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ τῶν εἰρημένων γραμμῶν [τουτέστι τῶν ἐπὶ τὰς γωνίας ἢ τὰς πλευρὰς τῶν πολυγώνων, ὥστε τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα, ὃν ἔχουσιν αἱ τῶν πολυγώνων πλευραὶ δυνάμει. ἀλλὰ καί, ὃν ἔχει λόγον τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν εἰρημένων γραμμῶν, τοῦτον ἔχουσιν αἱ ἐκ τῶν κέντρων τῶν Μ, Ν κύκλων πρὸς ἀλλήλας δυνάμει· ὥστε καὶ αἱ τῶν Μ, Ν διάμετροι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον ταῖς τῶν πολυγώνων πλευραῖς. οἱ δὲ κύκλοι πρὸς ἀλλήλους διπλασίονα λόγον ἔχουσιν τῶν διαμέτρων, οἵτινες ἴσοι εἰσὶν ταῖς ἐπιφανείαις τοῦ περιγεγραμμένου καὶ τοῦ ἐγγεγραμμένου]· δῆλον οὖν, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος εἰς τὴν σφαῖραν διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΕΛ πρὸς ΑΚ.

εἰλήφθωσαν δὴ δύο κῶνοι οἱ Ο, Ξ, καὶ ἔστω ὁ μὲν Ξ κῶνος βάσιν ἔχων τὸν Ξ κύκλον ἴσον τῷ Μ, ὁ δὲ Ο βάσιν ἔχων τὸν Ο κύκλον ἴσον τῷ Ν, ὕψος δὲ ὁ μὲν Ξ κῶνος τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, ὁ δὲ Ο τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν ΑΚ κάθετον ἠγμένην· ἴσος ἄρα ὁ μὲν Ξ κῶνος τῷ σχήματι τῷ περιγεγραμμένῳ περὶ τὴν σφαῖραν, ὁ δὲ Ο τῷ ἐγγεγραμμένῳ [δέδεικται οὖν ταῦτα]. καὶ ἐπεὶ ὅμοιά ἐστι τὰ πολύγωνα, τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον ἡ ΕΛ πρὸς τὴν ΑΚ, ὃν

---

1 *ἐστιν*] *ἐστί* (C), *εστι* A. 4 *ἢ τὰς πλευράς*] ABC, *καὶ τῶν πλευρῶν Torellius*, e corr. B. 5 *ἄλληλα*] *Basil.*, *αλληλας* AC. 9 *ἀλλήλας*] A, *ἀλλήλαις* C. 13 *καὶ τοῦ ἐγγεγραμμένου*] AB, om. C. 19 *τόν*] A, *τοῦ* C. 20 *O* (pr.)] G, *B* A(C), secundus supra scr. *o* B. 25 *οὖν*] AC, *γάρ* B, *Torellius;* malim haec uerba interpolatori tribuere. 26 *τήν*] C, om. A.



gentibus [prop. 24]. et quoniam similia sunt polygona, etiam rectangula rectis comprehensa, quas commemorauimus, similia erunt;[1]) adparet igitur, superficiem figurae circum sphaeram circumscriptae ad superficiem figurae in sphaera inscriptae duplicem rationem habere quam $E\varLambda$ ad $\varLambda K$.[2])

iam sumantur duo coni O, Ξ, et conus Ξ basim habeat Ξ circulum circulo M aequalem, O autem conus circulum O circulo N aequalem, altitudinem uero conus Ξ habeat radium sphaerae, conus autem O rectam a centro ad AK perpendicularem ductam; quare conus Ξ aequalis est figurae circum sphaeram circumscriptae [prop. 31], O autem conus figurae inscriptae [prop. 26]. et quoniam polygona





1) Nam trianguli, in quos diuiduntur polygona similia, ipsi quoque similes erunt (Eucl. VI, 20); quare rectae angulos iungentes, quae sibi respondent, eam habebunt rationem, quam $E\varLambda$ ad $\varLambda K$ (Eucl. VI, 4). itaque etiam omnes rectae illae polygoni circumscripti ad omnes polygoni inscripti eandem rationem habebunt (Eucl. V, 12); quare similia sunt rectangula illa (Eucl. VI def. 1) et eam rationem habebunt, quam $E\varLambda^2 : \varLambda K^2$ (Eucl. VI, 20).

2) Nam circuli M, N eam habent rationem, quam diametri siue radii quadrati (Eucl. XII, 2), quae est $E\varLambda^2 : \varLambda K^2$, quia radii quadrati aequales sunt rectangulis illis, de quibus u. not. 1; sed ex hypothesi circulus M aequalis est superficiei figurae circumscriptae, circulus N superficiei figurae inscriptae.

ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ τὴν ΑΚ κάθετον ἀγομένην· τὸν αὐτὸν ἄρα λόγον ἔχει τὸ ὕψος τοῦ Ξ κώνου πρὸς τὸ ὕψος τοῦ Ο κώνου, ὃν ἡ ΕΛ πρὸς ΑΚ. ἔχει δὲ καὶ ἡ διάμετρος τοῦ Μ κύκλου πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ Ν κύκλου λόγον, ὃν ἔχει ἡ ΕΛ πρὸς ΑΚ· τῶν ἄρα Ξ, Ο κώνων αἱ διάμετροι τῶν βάσεων τοῖς ὕψεσι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον [ὅμοιοι ἄρα εἰσίν], καὶ διὰ τοῦτο τριπλασίονα λόγον ἕξει ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὸν Ο κῶνον ἤπερ ἡ διάμετρος τοῦ Μ κύκλου πρὸς τὴν διάμετρον τοῦ Ν κύκλου. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἕξει ἤπερ ἡ ΕΛ πρὸς ΑΚ.

λγ΄.

Πάσης σφαίρας ἡ ἐπιφάνεια τετραπλασία ἐστὶ τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν αὐτῇ.

ἔστω γὰρ σφαῖρά τις, καὶ ἔστω τετραπλάσιος τοῦ μεγίστου κύκλου ὁ Α· λέγω, ὅτι ὁ Α ἴσος ἐστὶν τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς σφαίρας.

εἰ γὰρ μή, ἤτοι μείζων ἐστὶν ἢ ἐλάσσων. ἔστω πρότερον μείζων ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας τοῦ κύκλου. ἔστι δὴ δύο μεγέθη ἄνισα ἥ τε ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας καὶ ὁ Α κύκλος· δυνατὸν ἄρα ἐστὶ λαβεῖν δύο εὐθείας ἀνίσους, ὥστε τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἐλάσσονα τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας πρὸς τὸν κύκλον. εἰλήφθωσαν αἱ Β, Γ, καὶ τῶν Β, Γ μέση ἀνάλογον ἔστω ἡ Δ, νοείσθω δὲ καὶ ἡ σφαῖρα

---

4 *Ο*] BG(C), om. A. 8 *τοῦτο*] scripsi, *το αυτο* ABC. 13 *ἑξῆς ἡ καταγραφή* C. 14 *λγ΄*] *λα΄* AB(C). 17 *ἔστω*] BC, e corr. G, *ως* A. 18 *ἐστίν*] C, *εστι* A. 21 *τοῦ* — 22 *σφαίρας*] AB, om C.

similia sunt [ex hypothesi], eandem habet rationem $E\Lambda$ ad AK, quam radius sphaerae ad rectam a centro sphaerae ad AK perpendicularem ductam;[1]) eandem igitur rationem habet altitudo coni Ξ ad altitudinem coni O, quam $E\Lambda$ ad AK. sed etiam diametrus circuli M ad diametrum circuli N eam habet rationem, quam $E\Lambda$ ad AK [u. Eutocius]; itaque diametri basium conorum Ξ, O eandem rationem habent, quam altitudines [lemm. 5 p. 74]; quare conus Ξ ad conum O triplicem rationem habet quam diametrus circuli M ad diametrum circuli N [Eucl. XII, 12]. adparet igitur, etiam figuram circumscriptam ad figuram inscriptam triplicem rationem habituram esse quam $E\Lambda$ ad AK.[2])

XXXIII.

Cuiusuis sphaerae superficies quadruplo maior est circulo in ea maximo.[3])

sit enim sphaera, et sit A circulus quadruplo maior circulo maximo; dico, circulum A aequalem esse superficiei sphaerae.

si enim aequalis non est, aut maior aut minor est. prius superficies sphaerae maior sit circulo. duae igitur magnitudines inaequales sunt, superficies sphaerae et circulus A; fieri igitur potest, ut sumantur duae rectae inaequales ita, ut maior ad minorem rationem habeat minorem quam superficies sphaerae ad circulum [prop. 2]. sumantur rectae B, Γ, et inter eas media proportionalis sit Δ, fingatur autem etiam sphaera per centrum secta per circulum $EZH\Theta$, et fingatur etiam polygonum in circulo inscriptum et aliud circumscriptum ita, ut polygonum circumscriptum inscripto simile sit, et latus polygoni circumscripti ⟨ad latus inscripti⟩[4]) minorem rationem habeat quam B ad Δ [prop. 3];

1) Quia trianguli ad centra polygonorum similium positi ipsi quoque similes sunt; tum u. Eucl. VI, 4.

2) Quia ex hypothesi coni Ξ, O figuris aequales sunt.

3) Cfr. Simplicius in Aristot. de caelo p. 549, 18 sqq., cfr. p. 550, 10; Hero, Metr. p. 2, 18; 86, 29; Pappus I p. 360.

4) Archimedes non omiserat: πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου

ἐπιπέδῳ τετμημένη διὰ τοῦ κέντρου κατὰ τὸν ΕΖΗΘ κύκλον, νοείσθω δὲ καὶ εἰς τὸν κύκλον ἐγγεγραμμένον καὶ περιγεγραμμένον πολύγωνον, ὥστε ὅμοιον εἶναι τὸ περιγεγραμμένον τῷ ἐγγεγραμμένῳ πολυγώνῳ καὶ τὴν τοῦ περιγεγραμμένου πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ἡ Β πρὸς Δ [καὶ ὁ διπλάσιος ἄρα λόγος τοῦ διπλασίου λόγου ἐστὶν ἐλάσσων. καὶ τοῦ μὲν τῆς Β πρὸς Δ διπλάσιός ἐστιν ὁ τῆς Β πρὸς τὴν Γ, τῆς δὲ πλευρᾶς τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου διπλάσιος ὁ τῆς ἐπιφανείας τοῦ περιγεγραμμένου στερεοῦ πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου]· ἡ ἐπιφάνεια ἄρα τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος περὶ τὴν σφαῖραν πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας πρὸς τὸν Α κύκλον· ὅπερ ἄτοπον· ἡ μὲν γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας μείζων ἐστίν, ἡ δὲ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος τοῦ Α κύκλου ἐλάσσων ἐστί [δέδεικται γὰρ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσων τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ ἢ τετραπλασία, τοῦ δὲ μεγίστου κύκλου τετραπλάσιός ἐστιν ὁ Α κύκλος]. οὐκ ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας μείζων ἐστὶ τοῦ Α κύκλου.

λέγω δή, ὅτι οὐδὲ ἐλάσσων. εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω· καὶ ὁμοίως εὑρήσθωσαν αἱ Β, Γ εὐθεῖαι, ὥστε τὴν Β πρὸς Γ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ, ὃν ἔχει ὁ Α κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σφαίρας, καὶ τῶν Β, Γ μέση ἀνάλογον ἡ Δ, καὶ ἐγγεγράφθω καὶ περιγεγράφθω

3 *καὶ περιγεγραμμένον*] AB, om. C. 6 *Δ*] C, *την Δ* A. 9 *τῆς δέ*] ABC; adcuratius esset *τοῦ δὲ τῆς*.

quare[1]) superficies figurae circum sphaeram circumscriptae ad superficiem figurae inscriptae minorem rationem habet quam superficies sphaerae ad circulum *A*; quod fieri non potest; nam superficies figurae circumscriptae maior est superficie sphaerae [prop. 28 p. 108], sed superficies figurae inscriptae minor est circulo *A* [prop. 25].[2]) itaque superficies sphaerae circulo *A* maior non est.



iam dico, ne minorem quidem eam esse. si enim fieri potest, minor sit; et ut supra inueniantur rectae *B*, *Γ* ita, ut *B* ad *Γ* minorem rationem habeat quam circulus *A* ad super-

p. 122, 5. sed cum haec omissio etiam p. 124, 1; 126, 17 al. occurrat, satius duxi, hanc neglegentiam transscriptori tribuere quam cum Nizzio haec uerba omnibus locis addere (ad latus inscripti add. B[2]); cfr. tamen p. 116, 21.

1) Nam latera polygonorum quadrata et minorem habent rationem quam $B^2 : \Delta^2$, h. e. quam $B : \Gamma$ (Eucl. VI, 20 coroll. 2), et eam, quam superficies figurarum (prop. 32). sed quibus hoc continetur, uerba lin. 6—12 fortasse subditiua sunt; cfr. p. 124, 5.

2) Repetitionem inutilem prop. 25 deleo (lin. 19—22).

πάλιν, ὥστε τὴν τοῦ περιγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν τοῦ τῆς Β πρὸς Δ [καὶ τὰ διπλάσια ἄρα]· ἡ ἐπιφάνεια ἄρα τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ [ἡ Β πρὸς Γ. ἡ δὲ Β πρὸς Γ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ] ὁ Α κύκλος πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σφαίρας· ὅπερ ἄτοπον· ἡ μὲν γὰρ τοῦ περιγεγραμμένου ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τοῦ Α κύκλου, ἡ δὲ τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσων τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐλάσσων ἡ ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας τοῦ Α κύκλου. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ μείζων· ἡ ἄρα ἐπιφάνεια τῆς σφαίρας ἴση ἐστὶ τῷ Α κύκλῳ, τουτέστι τῷ τετραπλασίῳ τοῦ μεγίστου κύκλου.

λδ΄.

Πᾶσα σφαῖρα τετραπλασία ἐστὶ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ μεγίστῳ κύκλῳ τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας.

ἔστω γὰρ σφαῖρά τις καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓΔ. εἰ οὖν μή ἐστιν ἡ σφαῖρα τετραπλασία τοῦ εἰρημένου κώνου, ἔστω, εἰ δυνατόν, μείζων ἢ τετραπλασία· ἔστω δὲ ὁ Ξ κῶνος βάσιν μὲν ἔχων τετραπλασίαν τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας· μείζων οὖν ἐστιν ἡ σφαῖρα τοῦ Ξ κώνου. ἔσται δὴ δύο μεγέθη ἄνισα ἥ τε σφαῖρα καὶ ὁ κῶνος· δυνατὸν οὖν δύο εὐθείας λαβεῖν ἀνίσους, ὥστε ἔχειν τὴν μείζονα πρὸς τὴν ἐλάσσονα ἐλάσσονα λόγον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ σφαῖρα πρὸς τὸν Ξ κῶνον. ἔστωσαν οὖν αἱ Κ, Η, αἱ δὲ Ι, Θ εἰλημμέναι, ὥστε τῷ ἴσῳ ἀλλή-

2 τοῦ] BCG, το A. 5 ἡ Β — 6 ἤπερ] C, om. AB. 14 λδ΄] λβ΄ AB(C). 26 ἐλάσσονα (alt.)] (ἐλάσσο)να C, om. A (λόγον ἐλάσσονα BG).

ficiem sphaerae [prop. 2], et Δ media inter B, Γ proportionalis, et inscribatur et circumscribatur rursus polygonum ita, ut latus circumscripti ⟨ad latus inscripti⟩[1]) minorem rationem habeat quam B ad Δ [prop. 3]; itaque[2]) superficies figurae circumscriptae ad superficiem inscriptae minorem rationem habet quam [$B : \Gamma$. sed $B : \Gamma$ minorem rationem habet quam][3]) circulus A ad superficiem sphaerae; quod fieri non potest; nam superficies figurae circumscriptae maior est circulo A [prop. 30], sed superficies inscriptae minor est superficie sphaerae [prop. 23 p. 94].

itaque ne minor quidem est superficies sphaerae circulo A. demonstratum autem est, ne maiorem quidem eam esse; ergo superficies sphaerae aequalis est circulo A, h. e. quadruplo maior circulo maximo.

XXXIV.

Quaeuis sphaera quadruplo maior est cono basim habenti circulo maximo sphaerae aequalem, altitudinem autem radium sphaerae.[4])

sit enim sphaera et in ea circulus maximus $AB\Gamma\Delta$. si igitur sphaera cono, quem significauimus, quadruplo maior non est, sit, si fieri potest, maior quam quadruplo maior; et conus Ξ basim habeat quadruplo maiorem circulo $AB\Gamma\Delta$, altitudinem autem radio sphaerae aequalem; itaque sphaera maior est cono Ξ. erunt igitur duae magnitudines inaequales, sphaera et conus; fieri igitur potest, ut sumantur duae rectae inaequales ita, ut maior ad minorem rationem

1) Cfr. p. 121 not 4.

2) U. p. 123 not. 1. sed uerba praecedentia lin. 2 hic quoque subditiua sunt; nihil enim continent nisi neglegentem et imperfectam significationem uerborum, quae p. 123 not. 1 damnaui.

3) Uerba lin. 5 e C recepta Archimedis esse nequeunt; ita enim deesset conclusio: itaque superficies figurarum minorem rationem habent quam A ad superficiem sphaerae, et discrepantia a p. 122, 5 sq. offensionem haberet. interpolatoris esse possunt.

4) Cfr. Pappus I p. 360.

λων ὑπερέχειν τὴν Κ τῆς Ι καὶ τὴν Ι τῆς Θ καὶ τὴν Θ τῆς Η, νοείσθω δὲ καὶ εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον ἐγγεγραμμένον πολύγωνον, οὗ τὸ πλῆθος τῶν πλευρῶν μετρείσθω ὑπὸ τετράδος, καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον ὅμοιον τῷ ἐγγεγραμμένῳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν πρότερον, ἡ δὲ τοῦ περιγεγραμμένου πολυγώνου πλευρὰ πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω τοῦ, ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς Ι, καὶ ἔστωσαν αἱ ΑΓ, ΒΔ διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις. εἰ οὖν μενούσης τῆς ΑΓ διαμέτρου περιενεχθείη τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ τὰ πολύγωνα, ἔσται σχήματα τὸ μὲν ἐγγεγραμμένον ἐν τῇ σφαίρᾳ, τὸ δὲ περιγεγραμμένον, καὶ ἕξει τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον. ἡ δὲ πλευρὰ πρὸς τὴν πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Κ πρὸς τὴν Ι· ὥστε τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ τριπλασίονα τοῦ Κ πρὸς Ι. ἔχει δὲ καὶ ἡ Κ πρὸς Η μείζονα λόγον ἢ τριπλάσιον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς Ι [τοῦτο γὰρ φανερὸν διὰ λημμάτων]· πολλῷ ἄρα τὸ περιγραφὲν πρὸς τὸ ἐγγραφὲν ἐλάσσονα λόγον ἔχει τοῦ, ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς Η. ἡ δὲ Κ πρὸς Η ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ σφαῖρα πρὸς τὸν Ξ κῶνον· καὶ ἐναλλάξ· ὅπερ ἀδύνατον· τὸ γὰρ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον μεῖζόν ἐστι τῆς σφαίρας, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον ἔλασσον τοῦ Ξ κώνου [διότι ὁ μὲν Ξ κῶνος τετραπλάσιός ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ ΑΒΓΔ κύκλῳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ

1 *Θ*] BC, e corr. G, *H* A. 8 *ΑΓ, ΒΔ*] B, *ΑΒ ΓΔ* AC. 9 *διάμετροι*] in *διά-* des. C. 11 *σχήματα*] scripsi, *το σχημα* AB. Litteras in circulo positas et polygona om. A.

habeat minorem quam sphaera ad conum Ξ [prop. 2]. sint igitur rectae K, H, et rectae I, Θ ita sumantur, ut aequali spatio excedat K rectam I, I rectam Θ, Θ rectam H, fingatur autem etiam in circulo $AB\Gamma\Delta$ polygonum inscriptum, cuius laterum numerus per quattuor diuidi possit, et aliud circumscriptum inscripto simile, sicut antea, latusque polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem rationem habeat quam $K : I$ [prop. 3], et $A\Gamma$, $B\Delta$ diametri sint inter se perpendiculares. si igitur manente diametro $A\Gamma$ circumuoluitur[1]) planum, in quo sunt polygona, orientur figurae, altera in sphaera inscripta, altera circumscripta, et figura circumscripta ad inscriptam triplicem rationem habebit quam latus polygoni circumscripti ad latus polygoni in circulo $AB\Gamma\Delta$ inscripti [prop. 32]. sed latera minorem habent rationem



quam $K : I$ [ex hypothesi]; quare figura circumscripta ⟨ad inscriptam⟩[2]) minorem rationem habet quam $K^3 : I^3$. uerum etiam $K : H > K^3 : I^3$ [u. Eutocius]; itaque figura circumscripta ad inscriptam multo minorem rationem habet quam $K : H$. sed K ad H minorem rationem habet quam sphaera ad conum Ξ [ex hypothesi]; ⟨quare figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habet quam sphaera

1) Optatiuus περιενεχθείη lin. 10 posterioris temporis scriptoribus aptior fortasse transscriptori debetur, cum Archimedes scripsisset: εἴ κα—περιενεχθῇ.

2) U. p. 121 not. 4.

τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, τὸ δὲ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἔλασσον τοῦ εἰρημένου κώνου ἢ τετραπλάσιον]. οὐκ ἄρα μείζων ἢ τετραπλασία ἡ σφαῖρα τοῦ εἰρημένου.

ἔστω, εἰ δυνατόν, ἐλάσσων ἢ τετραπλασία· ὥστε ἐλάσσων ἐστὶν ἡ σφαῖρα τοῦ Ξ κώνου. εἰλήφθωσαν δὴ αἱ Κ, Η εὐθεῖαι, ὥστε τὴν Κ μείζονα εἶναι τῆς Η καὶ ἐλάσσονα λόγον ἔχειν πρὸς αὐτὴν τοῦ, ὃν ἔχει ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὴν σφαῖραν, καὶ αἱ Θ, Ι ἐκκείσθωσαν, καθὼς πρότερον, καὶ εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον νοείσθω πολύγωνον ἐγγεγραμμένον καὶ ἄλλο περιγεγραμμένον, ὥστε τὴν πλευρὰν τοῦ περιγεγραμμένου πρὸς τὴν πλευρὰν τοῦ ἐγγεγραμμένου ἐλάσσονα λόγον ἔχειν ἤπερ ἡ Κ πρὸς Ι, καὶ τὰ ἄλλα κατεσκευασμένα τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς πρότερον· ἕξει ἄρα καὶ τὸ περιγεγραμμένον στερεὸν σχῆμα πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον τριπλασίονα λόγον ἤπερ ἡ πλευρὰ τοῦ περιγεγραμμένου περὶ τὸν ΑΒΓΔ κύκλον πρὸς τὴν τοῦ ἐγγεγραμμένου. ἡ δὲ πλευρὰ πρὸς τὴν πλευρὰν ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Κ πρὸς Ι· ἕξει οὖν τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐλάσσονα λόγον ἢ τριπλάσιον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς τὴν Ι. ἡ δὲ Κ πρὸς τὴν Η μείζονα λόγον ἔχει ἢ τριπλάσιον τοῦ, ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς τὴν Ι· ὥστε ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ σχῆμα τὸ περιγεγραμμένον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἢ ἡ Κ πρὸς τὴν Η. ἡ δὲ Κ πρὸς τὴν Η ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἢ ὁ Ξ κῶνος πρὸς τὴν σφαῖραν· ὅπερ ἀδύνατον· τὸ μὲν γὰρ ἐγγεγραμμένον ἔλασσόν ἐστι τῆς σφαίρας, τὸ δὲ περιγεγραμμένον μεῖζον τοῦ Ξ κώνου. οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐλάσσων ἐστὶν ἢ τετραπλασία ἡ σφαῖρα τοῦ κώνου τοῦ

---

4 *ἔστω*] AB; fort. *ἔστω δή*. *εἰ*] BGH, *η* A. 8 *Θ*, *Ι*] A,

ad conum Ξ⟩; et permutando [Eucl. V, 16] ⟨figura circumscripta ad sphaeram minorem habet rationem quam figura inscripta ad conum⟩;[1]) quod fieri non potest; nam figura circumscripta maior est sphaera [prop. 28 p. 108], sed inscripta minor cono Ξ [prop. 27]. itaque sphaera maior non est quam quadruplo maior ⟨cono⟩, quem commemorauimus.

⟨iam⟩, si fieri potest, minor sit quam quadruplo maior; sphaera igitur minor est cono Ξ. sumantur igitur rectae K, H ita, ut K maior sit recta H et minorem ad eam rationem habeat quam conus Ξ ad sphaeram [prop. 2], et ponantur rectae Θ, I, ut supra [p. 124, 28 sq.], fingatur autem polygonum in circulo $AB\Gamma\Delta$ inscriptum et aliud circumscriptum ita, ut latus polygoni circumscripti ad latus inscripti minorem rationem habeat quam $K : I$, et cetera eodem modo, quo antea, comparata; figura igitur solida circumscripta nunc quoque ad inscriptam rationem habebit triplicem quam latus figurae circum $AB\Gamma\Delta$ circumscriptae ad latus inscriptae [prop. 32]. sed latera minorem rationem habent quam $K : I$ [ex hypothesi]; figura igitur circumscripta ad inscriptam minorem rationem habebit quam $K^3 : I^3$. sed $K : H > K^3 : I^3$ [u. Eutocius]; quare figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habet quam $K : H$. sed K ad H minorem rationem habet quam conus Ξ ad sphaeram [ex hypothesi]; ⟨itaque figura circumscripta ad inscriptam minorem rationem habet quam conus Ξ ad sphaeram⟩;[2]) quod fieri non potest; nam figura inscripta minor est sphaera [prop. 28 p. 108], sed figura circumscripta maior cono Ξ [prop. 31 coroll. p. 114]. itaque sphaera ne

1) Nimia breuitas fortasse transscriptori debetur. P. 126, 24 add. B² mg.: quare circumscripta ad inscriptam habet proportionem minorem quam quidem sphera ad conum x.

2) Cfr. not. 1. quare figura circumscripta ad inscriptam habet proportionem minorem quam conus x ad spheram mg. B².

it B. 21 I—τήν] mg. G, *i* (corr. ex *h*) que autem *k* ad B, om. A. 24 K] B, HK A.

βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῷ ΑΒΓΔ κύκλῳ, ὕψος δὲ τὴν ἴσην τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας. ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδὲ μείζων· τετραπλασία ἄρα.

[ΠΟΡΙΣΜΑ.]

Προδεδειγμένων δὲ τούτων φανερόν, ὅτι πᾶς κύλινδρος βάσιν μὲν ἔχων τὸν μέγιστον κύκλον τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ὕψος δὲ ἴσον τῇ διαμέτρῳ τῆς σφαίρας, ἡμιόλιός ἐστι τῆς σφαίρας καὶ ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ μετὰ τῶν βάσεων ἡμιολία τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας. ὁ μὲν γὰρ κύλινδρος ὁ προειρημένος ἑξαπλάσιός ἐστι τοῦ κώνου τοῦ βάσιν μὲν ἔχοντος τὴν αὐτήν, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου, ἡ δὲ σφαῖρα δέδεικται τοῦ αὐτοῦ κώνου τετραπλασία οὖσα· δῆλον οὖν, ὅτι ὁ κύλινδρος ἡμιόλιός ἐστι τῆς σφαίρας. πάλιν, ἐπεὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῶν βάσεων ἴση δέδεικται κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου μέση ἀνάλογόν ἐστι τῆς τοῦ κυλίνδρου πλευρᾶς καὶ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως, τοῦ δὲ εἰρημένου κυλίνδρου τοῦ περὶ τὴν σφαῖραν ἡ πλευρὰ ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως [δῆλον, ὅτι ἡ μέση αὐτῶν ἀνάλογον ἴση γίνεται τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως], ὁ δὲ κύκλος ὁ τὴν ἐκ τοῦ κέντρου ἔχων ἴσην τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως τετραπλάσιός ἐστι τῆς βάσεως, τουτέστι τοῦ μεγίστου κύκλου τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ, ἔσται ἄρα καὶ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου χωρὶς τῶν βάσεων τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου· ὅλη ἄρα μετὰ τῶν βάσεων ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἑξαπλασία ἔσται τοῦ μεγίστου

---

4 *πόρισμα*] om. AB. 20 *γίνεται*] *Basil.*, *γαρ* AB. 23 *τουτέστι*] *Torellius*, *της* A, om. B.

minor quidem est quam quadruplo maior cono basim habenti aequalem circulo $AB\Gamma\Delta$, altitudinem autem aequalem radio sphaerae. demonstratum autem est, ne maiorem quidem eam esse; ergo quadrupla est.

[COROLLARIUM.][1])

His autem ante demonstratis adparet, quemuis cylindrum basim habentem circulum maximum sphaerae, altitudinem autem diametro sphaerae aequalem, sesquialterum esse sphaerae, et superficiem eius sesquialteram superficiei sphaerae.

nam cylindrus, quem significauimus, sexcuplo maior est cono eandem basim habenti, altitudinem autem aequalem radio,[2]) et demonstratum est, sphaeram quadruplo maiorem esse eodem cono [prop. 34]; adparet igitur, cylindrum sphaerae sesquialterum esse. rursus, quoniam demonstratum est, superficiem cylindri praeter bases aequalem esse circulo, cuius radius media sit proportionalis inter latus cylindri et diametrum basis [prop. 13], cylindri autem, quem commemorauimus, sphaeram comprehendentis latus aequale est diametro basis,[3]) circulus autem radium habens diametro basis aequalem quadruplo maior est basi [Eucl. XII, 2], h. e. circulo maximo sphaerae, erit etiam superficies cylindri praeter bases quadruplo maior circulo maximo;[4]) tota igitur superficies cylindri una cum basibus sexcuplo maior erit

1) Citatur ab Herone, Metr. p. 4, 1; 120, 28, Stereom. I, 1 (cfr. I, 8, 2), Proclo in Eucl. p. 71, 18; cfr. Simplicius in Arist. de caelo p. 549, 21 sqq. coll. p. 550, 10. alio modo demonstrat Pappus I p. 408.

2) Cylindrus enim triplo maior est cono, cuius basis est circulus maximus, altitudo autem diametrus sphaerae (Eucl. XII, 10); sed hic conus duplo maior est cono, cuius basis eadem est, altitudo autem radius (lemm. 1 p. 72).

3) Praue dicitur, inde, quod superficies cylindri aequalis sit circulo illi (ἐπεί lin. 15), colligi posse, mediam proportionalem diametro aequalem esse. itaque uerba δῆλον lin. 20 —βάσεως lin. 21 transscriptori tribuo.

4) Hoc citat Hero, Metr. p. 88, 10 sqq.

κύκλου. ἔστιν δὲ καὶ ἡ τῆς σφαίρας ἐπιφάνεια τετραπλασία τοῦ μεγίστου κύκλου. ὅλη ἄρα ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυλίνδρου ἡμιολία ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας.

λε'.

Ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος εἰς τὸ τμῆμα τῆς σφαίρας ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ ἐγγεγραμμένου πολυγώνου ἐν τῷ τμήματι τοῦ μεγίστου κύκλου καὶ τῆς ἴσης πάσαις ταῖς παραλλήλοις τῇ βάσει τοῦ τμήματος σὺν τῇ ἡμισείᾳ τῆς τοῦ τμήματος βάσεως.

ἔστω σφαῖρα καὶ ἐν αὐτῇ τμῆμα, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν ΑΗ κύκλος [ἐγγεγράφθω σχῆμα εἰς αὐτό, οἷον εἴρηται, περιεχόμενον ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν], καὶ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΗΘ καὶ ἀρτιόπλευρον πολύγωνον τὸ ΑΓΕΘΖΔΗ χωρὶς τῆς ΑΗ πλευρᾶς, καὶ εἰλήφθω κύκλος ὁ Λ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς ΑΓ πλευρᾶς καὶ ὑπὸ πασῶν τῶν ΕΖ, ΓΔ καὶ ἔτι τῆς ἡμισείας τῆς βάσεως, τουτέστι τῆς ΑΚ· δεικτέον, ὅτι ὁ κύκλος ἴσος ἐστὶ τῇ τοῦ σχήματος ἐπιφανείᾳ.

εἰλήφθω γὰρ κύκλος ὁ Μ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΕΘ πλευρᾶς καὶ τῆς ἡμισείας τῆς ΕΖ· γίνεται δὴ ὁ Μ κύκλος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, οὗ βάσις μὲν ὁ περὶ τὴν ΕΖ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Θ σημεῖον. εἰλήφθω δὲ καὶ ἄλλος ὁ Ν, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς ΕΓ καὶ τῆς ἡμισείας συν-

---

4 λε'] λγ' AB. 7 τῷ] EH, το A. 17 τῷ] EH, το A.

circulo maximo. est autem etiam superficies sphaerae quadruplo maior circulo maximo [prop. 33]; ergo tota superficies cylindri sesquialtera est superficiei sphaerae.

XXXV.

Superficies figurae in segmento[1]) sphaerae inscriptae aequalis est circulo, cuius radius quadratus aequalis est rectangulo, quod continetur uno latere polygoni in segmento circuli maximi inscripti rectaque aequali omnibus rectis basi segmenti parallelis una cum dimidia basi segmenti.

sit sphaera et in ea segmentum, cuius basis circulus circum AH descriptus,[2]) et circulus maximus $AH\Theta$ et $A\Gamma E\Theta Z\Delta H$ polygonum ⟨aequilaterum⟩,[3]) cuius latera



paria sint numero praeter latus AH, et sumatur circulus Λ, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo

$$A\Gamma \times (EZ + \Gamma\Delta + AK);$$

demonstrandum, circulum aequalem esse superficiei figurae.

1) Cum segmentum hic primum nominetur, scriptum esse debuit lin. 5—6 εἰς τμῆμα σφαίρας; sed cfr. p. 136, 10; 138, 9. cfr. p. 137 not. 1.

2) In uerbis uncis inclusis lin. 13—14 offendit et asyndeton (et ins. B) et locus; haec enim figura oritur ex polygono lin. 15 demum nominato. quare ea interpolatori tribuo; cfr. p. 136, 17 sqq. quae sit figura illa inscripta (lin. 5), e prop. 23 satis notum est; sed prop. 35 post prop. 36 collocanda fuit.

3) Hoc ab Archimede praetermissum non fuit (Quaest. Arch. p. 76); ἰσόπλευρόν τε καὶ ἀρτιόπλευρον Nizzius.

αμφοτέρου τῆς ΕΖ, ΓΔ· ἔσται οὖν οὗτος ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΕΖ, ΓΔ. καὶ ἄλλος ὁμοίως ὁ Ξ ειλήφθω κύκλος, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ΑΓ καὶ τῆς ἡμισείας συναμφοτέρων τῶν ΓΔ, ΑΗ· καὶ αὐτὸς οὖν ἴσος ἐστὶ τῇ κωνικῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΑΗ, ΓΔ. πάντες οὖν οἱ κύκλοι ἴσοι ἔσονται τῇ ὅλῃ τοῦ σχήματος ἐπιφανείᾳ, καὶ αἱ ἐκ τῶν κέντρων αὐτῶν ἴσον δυνήσονται τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ μιᾶς πλευρᾶς τῆς ΑΓ καὶ τῆς ἴσης ταῖς ΕΖ, ΓΔ καὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς βάσεως τῇ ΑΚ. ἐδύνατο δὲ καὶ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ Λ κύκλου ἴσον τῷ αὐτῷ χωρίῳ· ὁ ἄρα Λ κύκλος ἴσος ἔσται τοῖς Μ, Ν, Ξ κύκλοις· ὥστε καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος.

λϛ΄.

Τετμήσθω σφαῖρα μὴ διὰ τοῦ κέντρου ἐπιπέδῳ, καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΕΖ τέμνων πρὸς ὀρθὰς τὸ ἐπίπεδον τὸ τέμνον, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸ ΑΒΓ τμῆμα πολύγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἀρτιόγωνον χωρὶς τῆς βάσεως τῆς ΑΒ. ὁμοίως δὴ τοῖς πρότερον, ἐὰν μενούσης τῆς ΓΖ περιενεχθῇ τὸ σχῆμα, αἱ μὲν Δ, Ε, Α, Β γωνίαι κατὰ κύκλων οἰσθήσονται, ὧν διάμετροι αἱ ΔΕ, ΑΒ, αἱ δὲ πλευραὶ τοῦ τμήματος κατὰ κωνικῆς ἐπιφανείας, καὶ ἔσται τὸ γενηθὲν σχῆμα στερεὸν ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον

1 οὖν] addidi, om. AB. 9 αἱ] B, om. A. 17 λϛ΄] λδ΄ AB. 25 τμήματος] AB, σχήματος *Barrowius* (sed σχῆμα hic de figura solida usurpatur).

sumatur enim circulus M, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo $E\Theta \times \frac{1}{2} EZ$; itaque M circulus aequalis est superficiei coni, cuius basis est circulus circum EZ descriptus, uertex autem punctum Θ [prop. 14]. sumatur autem etiam alius circulus N, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo

$$E\Gamma \times \tfrac{1}{2}(EZ + \Gamma\varDelta);$$

hic igitur aequalis erit superficiei coni, quae est inter plana parallela in EZ, $\Gamma\varDelta$ posita [prop. 16]. et eodem modo sumatur alius circulus Ξ, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo

$$A\Gamma \times \tfrac{1}{2}(\Gamma\varDelta + AH);$$

itaque ipse quoque aequalis est superficiei conicae, quae est inter plana parallela in AH, $\Gamma\varDelta$ posita [prop. 16]. omnes igitur circuli aequales erunt toti superficiei figurae, et radii eorum quadrati aequales erunt rectangulo

$$A\Gamma \times (EZ + \Gamma\varDelta + AK).^{1)}$$

sed etiam radius circuli $\varLambda$ quadratus eidem spatio aequalis erat [ex hypothesi]; itaque circulus $\varLambda$ aequalis erit circulis M, N, Ξ;[2]) quare etiam superficiei figurae inscriptae aequalis erit.

XXXVI.

Secetur sphaera plano non per centrum posito, et in ea sit circulus maximus AEZ planum secans perpendiculariter secans, et inscribatur in segmento $AB\Gamma$ polygonum aequilaterum, cuius latera paria sint numero praeter basim AB. si igitur, ut antea [prop. 23], manente recta ΓZ figura circumuoluitur, anguli $\varDelta$, E, A, B per circulos ferentur, quorum diametri erunt $\varDelta E$, AB, latera autem per superficies



1) Quia aequalia sunt latera polygoni $E\Theta$, $E\Gamma$, $A\Gamma$.
2) Ex Eucl. XII, 2; cfr. Quaest. Arch. p. 48.

βάσιν μὲν ἔχον κύκλον, οὗ διάμετρος ἡ ΑΒ, κορυφὴν δὲ τὸ Γ. ὁμοίως δὴ τοῖς πρότερον τὴν ἐπιφάνειαν ἐλάσσονα ἕξει τῆς τοῦ τμήματος ἐπιφανείας τοῦ περιλαμβάνοντος· τὸ γὰρ αὐτὸ πέρας αὐτῶν ἐστιν ἐν ἐπιπέδῳ τοῦ τε τμήματος καὶ τοῦ σχήματος ἡ περιφέρεια τοῦ κύκλου, οὗ διάμετρος ἡ ΑΒ, καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ κοῖλαι ἀμφότεραί εἰσιν αἱ ἐπιφάνειαι, καὶ περιλαμβάνεται ἡ ἑτέρα ὑπὸ τῆς ἑτέρας.

λζ′.

Ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος ἐν τῷ τμήματι τῆς σφαίρας ἐλάσσων ἐστὶ τοῦ κύκλου, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος.

ἔστω σφαῖρα καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΕΖ, καὶ ἔστω τμῆμα ἐν τῇ σφαίρᾳ, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΑΒ [καὶ ἐγγεγράφθω εἰς αὐτὸ τὸ εἰρημένον σχῆμα, καὶ ἐν τῷ τμήματι τοῦ κύκλου πολύγωνον], καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ διαμέτρου μὲν τῆς σφαίρας οὔσης τῆς ΘΛ, ἐπεζευγμένων δὲ τῶν ΛΕ, ΘΑ, καὶ ἔστω κύκλος ὁ Μ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἔστω τῇ ΑΘ· δεικτέον, ὅτι ὁ Μ κύκλος μείζων ἐστὶ τῆς τοῦ σχήματος ἐπιφανείας.

ἡ γὰρ ἐπιφάνεια τοῦ σχήματος δέδεικται ἴση οὖσα κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς ΕΘ καὶ τῶν ΕΖ, ΓΔ, ΚΑ· τὸ δὲ ὑπὸ τῆς ΕΘ καὶ τῶν ΕΖ, ΓΔ, ΚΑ δέδεικται

---

1 *ἔχον*] e corr. E, *εχων* A. *κορυφήν*] *Barrowius*, *κορυφη* AB. 9 *λζ′*] *λε′* AB. 15 *ΑΒΖΕ Torellius*. 21 *ἔστω* (alt.)] BG, *ωστε* A.

conicas, et figura solida hoc modo orta, per superficies conicas comprehensa, basim habebit circulum, cuius diametrus est AB, uerticem autem punctum Γ. itaque eodem modo, quo antea, superficiem babebit minorem superficie segmenti comprehendentis; nam idem terminus eorum, et segmenti et figurae, in plano est ambitus circuli, cuius diametrus est AB, et utraque superficies in eandem partem caua est, et altera ab altera comprehenditur [post. 4 p. 8].[1])

XXXVII.

Superficies figurae in segmento sphaerae inscriptae minor est circulo, cuius radius aequalis est rectae a uertice segmenti ad ambitum ductae circuli, qui basis est segmenti.

sit sphaera et in ea circulus maximus $ABEZ$, et in sphaera segmentum sit, cuius basis sit circulus circum diametrum AB descriptus,[2]) et cetera eodem modo comparentur, ita ut recta $\Theta\varLambda$ diametrus sphaerae sit, et ducantur $\varLambda E$, ΘA, et sit circulus M, cuius radius aequalis sit rectae $A\Theta$; demonstrandum est, circulum M maiorem esse superficie sphaerae.

nam demonstratum est, superficiem figurae aequalem esse circulo, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo $E\Theta \times (EZ + \Gamma\varDelta + K\varLambda)$ [prop. 35]; et demonstratum est, esse

1) In hac propositione plurima deprehenduntur uestigia manus transscriptoris, uelut omissum uerbum *ἔστω* p. 134, 19, *ἀρτιόγωνον* p. 134, 21, quod alibi recte dicitur pro *ἀρτιόπλευρον* (Quaest. Arch. p. 76), sed hoc loco ferri non potest propter sequentia uerba *χωρὶς τῆς βάσεως, κωνικῆς ἐπιφανείας* p. 134, 26 pro *κωνικῶν ἐπιφανειῶν, γενηθέν* p. 134, 26 (Quaest. Arch. p. 70), finis superuacuus lin. 4—8 initioque molestus (*αὐτῶν* lin. 4); huc refero etiam *τμήματος* pro *πολυγώνου* p. 134, 25. praeterea ab interpolatore transposita est; suum enim locum habet ante prop. 35 (tum illud *τὸ τμῆμα τῆς σφαίρας* et *τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος* p. 132, 5 recte se haberent). sed fortasse tota delenda est.

2) *καί* lin. 17 — 18 *πολύγωνον* interpolatoris sunt; u. p. 138 not. 2. constructionem pessumdant; nam *ἔστω* lin. 16 etiam ad *τὰ λοιπά* lin. 19 pertinet.

ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν *ΕΛ*, *ΚΘ* περιεχομένῳ· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν *ΕΛ*, *ΚΘ* ἔλασσόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς *ΛΘ* [καὶ γὰρ τοῦ *ΛΘ*, *ΚΘ*]· φανερὸν οὖν, ὅτι ἡ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου, ὅς ἐστιν ἴσος τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ *Μ*· δῆλον ἄρα, ὅτι ὁ *Μ* κύκλος μείζων ἐστὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σχήματος.

λη'.

Τὸ ἐγγεγραμμένον σχῆμα ἐν τῷ τμήματι ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον σὺν τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν τὴν αὐτὴν ἔχοντι τῷ σχήματι, κορυφὴν δὲ τὸ κέντρον τῆς σφαίρας, ἴσον ἐστὶ τῷ κώνῳ τῷ βάσιν ἔχοντι ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἐπὶ μίαν πλευρὰν τῶν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ.

ἔστω γὰρ σφαῖρα καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος καὶ τμῆμα ἔλασσον ἡμικυκλίου τὸ *ΑΒΓ* καὶ κέντρον τὸ *Ε*, καὶ ἐγγεγράφθω εἰς τὸ *ΑΒΓ* τμῆμα πολύγωνον ἀρτιόπλευρον χωρὶς τῆς *ΑΓ* ὁμοίως τοῖς πρότερον, καὶ μενούσης τῆς *ΒΔ* περιενεχθεῖσα ἡ σφαῖρα ποιείτω σχῆμά τι ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον, καὶ ἀπὸ τοῦ κύκλου τοῦ περὶ διάμετρον τὴν *ΑΓ* κῶνος ἀναγεγράφθω κορυφὴν ἔχων τὸ κέντρον, καὶ εἰλήφθω κῶνος ὁ *Κ* βάσιν μὲν ἔχων ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ *Ε* κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ· δεικτέον, ὅτι

---

3 τοῦ] AB, quod sub add. B². 5 *Μ*] B, e corr. G, *ΛΜ* A. 8 λη'] λς' AB. 13 τῇ (alt.)] B, την A. 16 μέγιστος] rursus inc. C. 20 *ΒΔ*] e corr. B, *ΒΑ* AB(C). 25 τῇ] BG, την AC.

$E\Theta \times (EZ + \Gamma\Delta + K\Lambda)$
$= E\Lambda \times K\Theta$
[prop. 22; Eucl. VI, 16];[1])

sed

$E\Lambda \times K\Theta < A\Theta^2$
[u. Eutocius];

adparet igitur, radium circuli, qui aequalis sit superficiei figurae, minorem esse radio circuli M; ergo constat, circulum M maiorem esse superficie figurae [Eucl. XII, 2].

XXXVIII.

Figura in segmento[2]) inscripta per superficies conicas comprehensa una cum cono basim eandem habenti, quam figura, uerticem autem centrum sphaerae, aequalis est cono basim habenti superficiei figurae aequalem, altitudinem autem rectae a centro sphaerae ad latus aliquod polygoni perpendiculari ductae aequalem.

sit enim sphaera et in ea circulus maximus et segmentum $AB\Gamma$ minus dimidia parte circuli et centrum E, in segmento autem $AB\Gamma$ inscribatur polygonum ⟨aequilaterum⟩,[3]) cuius latera paria sint numero praeter $A\Gamma$, eodem modo, quo

1) U. Eutocius, ex cuius adnotatione comperimus, Archimedem p. 136, 26—27 scripsisse: ἀλλὰ τὸ ὑπὸ $E\Theta$ et lin. 1 uerbum περιεχομένῳ omisisse. in uerbis interpolatis lin. 2—3 error tollendus non est (τοῦ ὑπὸ $\Lambda\Theta$ ΘK Basil.).

2) Sc. ἐλάσσονι ἡμισφαιρίου (u. lin. 17), quae uerba addi uoluit Nizzius (sphaerae minore hemisphaerio mg. B[2]), nec ea omiserat Archimedes (cfr. p. 142, 27; 150, 18; 156, 2). sed eadem sine dubio etiam in propp. 35, 36, 37 omisit transscriptor; nam eas quoque de segmento minore solo demonstratas fuisse, propter prop. 43 ueri simile est, nec alioquin κωνικῶν ἐπιφανειῶν p. 134, 27 uerum esset, quoniam etiam cylindrus oriri potest.

3) Desideratur ante ἀρτιόπλευρον lin. 19: ἰσόπλευρόν τε καί, quod coniectura addit Nizzius; sed u. p. 133 not. 3.

ὁ Κ κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ περιεχομένῳ σχήματι σὺν τῷ κώνῳ τῷ ΑΕΓ.



ἀναγεγράφθωσαν δὴ καὶ κῶνοι ἀπὸ τῶν κύκλων τῶν περὶ διαμέτρους τὰς ΘΗ, ΔΖ κορυφὴν ἔχοντες τὸ Ε σημεῖον· οὐκοῦν ὁ μὲν ΗΒΘΕ ῥόμβος στερεὸς ἴσος ἐστὶ κώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΗΒΘ κώνου, τὸ ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΗΒ ἀγομένῃ καθέτῳ, τὸ δὲ περίλειμμα τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΗΘ, ΖΔ καὶ τῶν κωνικῶν τῶν ΖΕΔ, ΗΕΘ ἴσον ἐστὶ κώνῳ, οὗ ἡ βάσις μέν ἐστιν ἴση τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΗΘ, ΖΔ, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΖΗ καθέτῳ ἠγμένῃ. πάλιν τὸ περίλειμμα τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἐπιφανείας τῆς μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΖΔ, ΑΓ καὶ τῶν κωνικῶν τῶν ΑΕΓ, ΖΕΔ ἴσον ἐστὶ κώνῳ, οὗ ἡ μὲν βάσις ἴση ἐστὶ τῇ ἐπιφανείᾳ τῇ μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν κατὰ τὰς ΖΔ, ΑΓ, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΖΑ καθέτῳ ἠγμένῃ· οἱ οὖν εἰρημένοι κῶνοι ἴσοι ἔσονται τῷ σχήματι μετὰ τοῦ ΑΕΓ

---

1 σχήματι] B², τμηματι ABC. 3 δή] scripsi, δε AB(C). 4 τάς] BG, της AC. ΘΗ, ΔΖ] B; ΘΖ, ΚΙ AC. In fig. Λ om. AB, pro Δ habet Λ A. 11 περίλειμμα] περίλειμα C, περιληψμα AB, περίλιμμα G. 14 ΖΔ] B, ΖΛ AC. 15 ΖΕΔ] ABC. ἴσον] B, ιση AC. 17 τῇ] B, την AC. ΖΔ] B, ΖΛ A(C). 18 περίλειμμα] C, περιλημμα AB, περίλιμμα G. 20 ΖΔ] B, ΖΛ AC. 21 ΖΕΔ] ABC. 23 ΖΔ] B, ΖΛ A(C). 25 μετά] scripsi, και μετα AC; et cum B, cum del.

supra, et manente recta $B\Delta$ circumuoluatur sphaera[1]) et efficiat figuram per superficies conicas comprehensam, in circulo autem circum diametrum $A\Gamma$ descripto conus construatur uerticem habens centrum, et sumatur conus K basim habens superficiei figurae aequalem, altitudinem autem rectae a centro E ad latus aliquod polygoni perpendiculari ductae; demonstrandum, conum K aequalem esse figurae comprehensae[2]) una cum cono $AE\Gamma$.

construantur igitur etiam in circulis circum diametros ΘH, ΔZ descriptis coni uerticem habentes punctum E;

itaque rhombus solidus $HB\Theta E$ aequalis est cono, cuius basis aequalis est superficiei coni $HB\Theta$, altitudo autem rectae ab E ad HB perpendiculari ductae [prop. 18], spatium autem relictum[3]) comprehensum per superficiem inter plana parallela in rectis $H\Theta$, $Z\Delta$ posita et per superficies conicas $ZE\Delta$, $HE\Theta$ aequale est cono, cuius basis aequalis est superficiei inter plana parallela in $H\Theta$, $Z\Delta$ posita, altitudo autem rectae ab E ad ZH perpendiculari ductae [prop. 20]. rursus spatium relictum[4]) comprehensum per superficiem inter plana parallela in $Z\Delta$, $A\Gamma$ posita et per superficies conicas $AE\Gamma$, $ZE\Delta$ aequale est cono, cuius basis aequalis est superficiei inter plana parallela in $Z\Delta$, $A\Gamma$ posita, altitudo autem rectae ab E ad ZA perpendiculari ductae [prop. 20]; coni igitur, quos commemorauimus,

1) Debebat esse: περιενεχθεὶς ὁ κύκλος siue περιενεχθὲν τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ὅ τε κύκλος καὶ τὸ πολύγωνον (p. 138, 20).

2) περιεχομένῳ lin. 1 sc. ὑπὸ τῶν κωνικῶν ἐπιφανειῶν, quod transscriptoris neglegentia omissum est, ut ἐπιφανειῶν post κωνικῶν p. 158, 12, 19.

3) Productis rectis ZH, $\Theta\Delta$, donec concurrant, et subtracto rhombo his rectis productis rectisque HE, $E\Theta$ comprehenso.

4) Productis rectis ZA, $\Delta\Gamma$, donec concurrant, et subtracto rhombo his rectis productis rectisque ZE, $E\Delta$ comprehenso.

κώνου. καὶ ὕψος μὲν ἴσον ἔχουσιν τῇ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ, τὰς δὲ βάσεις ἴσας τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ΑΖΗΒΘΔΓ σχήματος· ἔχει δὲ καὶ ὁ Κ κῶνος τὸ αὐτὸ ὕψος καὶ βάσιν ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος· ἴσος ἄρα ἐστὶν ὁ κῶνος τοῖς εἰρημένοις κώνοις. οἱ δὲ εἰρημένοι κῶνοι ἐδείχθησαν ἴσοι τῷ σχήματι καὶ τῷ ΑΕΓ κώνῳ· καὶ ὁ Κ ἄρα κῶνος ἴσος ἐστὶ τῷ τε σχήματι καὶ τῷ ΑΕΓ κώνῳ.

ΠΟΡΙΣΜΑ.

Ἐκ δὴ τούτου φανερόν, ὅτι ὁ κῶνος ὁ βάσιν μὲν ἔχων τὸν κύκλον, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἠγμένῃ τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος, ὕψος δὲ ἴσον τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, μείζων ἐστὶ τοῦ ἐγγεγραμμένου σχήματος σὺν τῷ κώνῳ· ὁ γὰρ προειρημένος κῶνος μείζων ἐστὶ τοῦ κώνου τοῦ ἴσου τῷ σχήματι σὺν τῷ κώνῳ τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι τὴν βάσιν τοῦ τμήματος, τὴν δὲ κορυφὴν πρὸς τῷ κέντρῳ, τουτέστι τοῦ τὴν βάσιν μὲν ἔχοντος ἴσην τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σχήματος, ὕψος δὲ τῇ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ μίαν πλευρὰν τοῦ πολυγώνου καθέτῳ ἠγμένῃ· ἥ τε γὰρ βάσις τῆς βάσεως μείζων ἐστὶ [δέδεικται γὰρ τοῦτο] καὶ τὸ ὕψος τοῦ ὕψους.

λθ'.

Ἔστω σφαῖρα καὶ ἐν αὐτῇ μέγιστος κύκλος ὁ ΑΒΓ, καὶ τετμήσθω ἔλασσον ἡμικυκλίου, ὃ ἀποτέμνει ἡ ΑΒ, καὶ κέντρον τὸ Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ Δ ἐπὶ τὰ Α, Β ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΔΒ, καὶ περὶ τὸν

---

3 ΑΖΗΒΘΔΓ] B, ΑΖΗΒΔΓ AC. 8 ΑΕΓ] BC, ΕΑΓ A.

aequales erunt figurae una cum cono $AE\Gamma$. et altitudinem habent aequalem rectae ab E ad latus aliquod polygoni perpendiculari ductae, bases autem superficiei figurae $AZHB\Theta\Delta\Gamma$ aequales; uerum etiam K conus eandem altitudinem et basim superficiei figurae aequalem habet; itaque aequalis est conis, quos commemorauimus. hos autem figurae cum cono $AE\Gamma$ aequales esse, demonstratum est; ergo etiam conus K figurae et cono $AE\Gamma$ aequalis est.

COROLLARIUM.

Hinc iam adparet, conum basim habentem circulum, cuius radius aequalis sit rectae a uertice segmenti ad ambitum ductae circuli, qui basis sit segmenti, altitudo autem radio sphaerae aequalis, maiorem esse figura inscripta cum cono; ille enim conus maior est cono aequali figurae una cum cono basim habenti basim segmenti, uerticem autem ad centrum positum, h. e. cono basim habenti superficiei figurae aequalem, altitudinem autem aequalem rectae a centro ad latus aliquod polygoni perpendiculari ductae [prop. 38]; basis enim basi maior est[1]) [prop. 37] et altitudo altitudine.

XXXIX.

Sit sphaera et in ea circulus maximus $AB\Gamma$ et segmentum minus semicirculo recta AB abscisum et centrum Δ, et a centro Δ ad A, B puncta ducantur $A\Delta$, ΔB, et circum sectorem inde ortum circumscribatur polygonum ⟨aequilaterum, cuius latera paria sint numero,⟩[2]) et circum id cir-

1) δέδεικται γὰρ τοῦτο lin. 23, quae uerba inter se coniuncta disiungunt, delenda censeo; sed fortasse omnia inde ab ὁ γάρ lin. 16 delenda sunt; cfr. p. 115 not.

2) Archimedes uix omiserat ἰσόπλευρόν τε καὶ ἀρτιόπλευρον p. 144, 1.

10 om. ABC, ⟦⟧ mg. D. 18 τῷ βάσιν μὲν ἔχοντι] e corr. BG, του βασιν μεν εχοντος AC. 20 τοῦ] addidi, om. ABC. 21 ὕψος δέ] A, τὸ δὲ ὕψος C. 24 καὶ τό] A, τό τε C. 25 λϑ΄] λζ΄ ABC. 27 τετμήσϑω] ABC; fort. τμῆμα (ita certe Archimedes ipse).

γεννηθέντα τομέα περιγεγράφθω πολύγωνον καὶ περὶ αὐτὸ κύκλος· ἕξει δὴ τὸ αὐτὸ κέντρον τῷ ΑΒΓ κύκλῳ. ἐὰν δὴ μενούσης τῆς ΕΚ περιενεχθὲν τὸ πολύγωνον εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὁ περιγεγραμμένος κύκλος κατὰ ἐπιφανείας οἰσθήσεται σφαίρας, καὶ αἱ γωνίαι τοῦ πολυγώνου κύκλους γράψουσιν, ὧν αἱ διάμετροι ἐπιζευγνύουσιν τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου οὖσαι παράλληλοι τῇ ΑΒ, τὰ δὲ σημεῖα, καθ' ἃ ἅπτονται τοῦ ἐλάσσονος κύκλου αἱ τοῦ πολυγώνου πλευραί, κύκλους γράφουσιν ἐν τῇ ἐλάσσονι σφαίρᾳ, ὧν διάμετροι ἔσονται αἱ ἐπιζευγνύουσαι τὰς ἁφὰς παράλληλοι οὖσαι τῇ ΑΒ, αἱ δὲ πλευραὶ κατὰ κωνικῶν ἐπιφανειῶν οἰσθήσονται, καὶ ἔσται τὸ περιγραφὲν σχῆμα ὑπὸ κωνικῶν ἐπιφανειῶν περιεχόμενον, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν ΖΗ κύκλος· ἡ δὴ τοῦ εἰρημένου σχήματος ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τῆς τοῦ ἐλάσσονος τμήματος ἐπιφανείας, οὗ βάσις ὁ περὶ τὴν ΑΒ κύκλος.

ἤχθωσαν γὰρ ἐφαπτόμεναι αἱ ΑΜ, ΒΝ· κατὰ κωνικῆς ἄρα ἐπιφανείας οἰσθήσονται, καὶ τὸ σχῆμα τὸ γενηθὲν ὑπὸ τοῦ πολυγώνου τοῦ ΑΜΘΕΛΝΒ μείζονα ἕξει τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ τμήματος τῆς σφαίρας, οὗ βάσις ὁ περὶ διάμετρον τὴν ΑΒ κύκλος [πέρας γὰρ ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ τὸ αὐτὸ ἔχουσιν τὸν περὶ διάμετρον τὴν ΑΒ κύκλον, καὶ περιλαμβάνεται τὸ τμῆμα ὑπὸ τοῦ σχήματος]. ἀλλ' ἡ γεγενημένη ὑπὸ τῶν ΖΜ, ΗΝ ἐπιφάνεια κώνου μείζων ἐστὶ τῆς γεγενημένης ὑπὸ τῶν ΜΑ, ΝΒ· ἡ μὲν γὰρ ΖΜ τῆς ΜΑ μείζων ἐστί [ὑπὸ γὰρ ὀρθὴν ὑποτείνει], ἡ δὲ ΝΗ τῆς ΝΒ, ὅταν δὲ τοῦτο ᾖ, μείζων γίνεται ἡ ἐπιφάνεια τῆς ἐπι-

---

1 *γεννηθέντα*] ABC, *γενηθέντα* *Torellius.* **11** *ἐπιζευγνύου-*

culus; is igitur idem centrum habebit, quod circulus $AB\Gamma$ [u. Eutocius]. iam si manente recta EK polygonum circumuolutum in eundem locum restituetur, circulus circumscriptus per superficiem sphaerae feretur, et anguli polygoni circulos describent, quorum diametri angulos polygoni iungunt parallelae rectae AB, puncta autem, in quibus latera polygoni circulum minorem contingunt, circulos describunt in sphaera minore, quorum diametri erunt rectae puncta contactus iungentes parallelae rectae AB, latera autem per superficies conicas ferentur, et orietur figura circumscripta per superficies conicas comprehensa, cuius basis erit circulus circum ZH descriptus; huius igitur figurae superficies maior est superficie segmenti minoris, cuius basis est circulus circum AB descriptus.

ducantur enim rectae contingentes AM, BN; itaque per superficiem conicam ferentur, et figura ex polygono $AM\Theta E\Lambda NB$ orta superficiem maiorem habebit segmento sphaerae, cuius basis est circulus circum AB descriptus [post. 4 p. 8]. sed superficies conica rectis ZM, HN effecta maior est superficie coni rectis MA, NB effecta; nam



$$ZM > MA$$

et

$$NH > NB$$

[Eucl. III, 18; I, 19],

σαι] CGH, επιγνυουσαι A. 13 τό] AC; fort. τι. 15 δή] scripsi, δε AB(C). 20 γενηθέν] AB, γεννηθέν CH. $AM\Theta E\Lambda NB$]-Λ- supra add. B, $AM\Theta ENB$ A(C). 23 τὸ αὐτό] C, τω αυτω AB. 29 γίνεται] BCG, γαρ εστι compp. A. ἡ] G, om. AC.

φανείας [ταῦτα γὰρ δέδεικται ἐν τοῖς λήμμασιν]. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος ἡ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ τῆς τοῦ τμήματος ἐπιφανείας τῆς ἐλάσσονος σφαίρας.

ΠΟΡΙΣΜΑ.

Καὶ φανερόν, ὅτι ἡ ἐπιφάνεια τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος τοῦ περὶ τὸν τομέα ἴση ἐστὶ κύκλῳ, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου δύναται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου καὶ τῶν ἐπιζευγνυουσῶν πασῶν τὰς γωνίας τοῦ πολυγώνου καὶ ἔτι τῆς ἡμισείας τῆς βάσεως τοῦ εἰρημένου πολυγώνου [τὸ γὰρ ὑπὸ τοῦ πολυγώνου γεγραμμένον σχῆμα ἐγγεγραμμένον ἐστὶν εἰς τὸ τμῆμα τῆς μείζονος σφαίρας] [τοῦτο δὲ δῆλον διὰ τὸ προγεγραμμένον].

μ'.

Τοῦ περιγεγραμμένου σχήματος τῷ τομεῖ ἡ ἐπιφάνεια μείζων ἐστὶ κύκλου, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ τμήματος ἠγμένῃ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος.

ἔστω γὰρ σφαῖρα καὶ μέγιστος κύκλος ἐπ' αὐτῆς ὁ $ΑΒΓΔ$ καὶ κέντρον τὸ $Ε$, καὶ περὶ τὸν τομέα περιγεγράφθω τὸ $ΛΚΖ$ πολύγωνον, καὶ περὶ αὐτὸ κύκλος περιγεγράφθω, καὶ γεγενήσθω σχῆμα, καθάπερ πρότερον, καὶ ἔστω κύκλος ὁ $Ν$, οὗ ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴσον δύναται τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε μιᾶς πλευρᾶς τοῦ πολυγώνου καὶ πασῶν τῶν ἐπιζευγνυουσῶν σὺν τῇ ἡμισείᾳ τῆς $ΚΛ$. ἀλλὰ τὸ εἰρημένον χωρίον ἴσον

1 λήμμασιν] (C)GH, λημμασι DE. 2 καί] AC, om. B.

quod cum ita sit, superficies superficie maior erit [u. Eutocius]. adparet igitur, etiam superficiem figurae circumscriptae maiorem esse superficie segmenti sphaerae minoris.

COROLLARIUM.

Et adparet, superficiem figurae circum sectorem circumscriptae aequalem esse circulo, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo, quod continetur uno latere polygoni et omnibus rectis angulos polygoni iungentibus et praeterea dimidia basi polygoni, quod significauimus[1]) [prop. 35].

XL.

Superficies figurae circum sectorem circumscriptae maior est circulo, cuius radius aequalis est rectae a uertice segmenti ad ambitum ductae circuli, qui segmenti basis est.

sit enim sphaera et in ea circulus maximus *ΑΒΓΔ* et centrum *E*, circum sectorem autem circumscribatur polygonum *ΔKZ*, et circum id circulus circumscribatur, et efficiatur figura, sicut antea, ponaturque circulus *N*, cuius radius quadratus aequalis sit rectangulo, quod continetur uno latere polygoni et omnibus rectis ⟨angulos⟩ iungentibus cum dimidio rectae *KΔ*. hoc autem spatium aequale est rectangulo, quod continetur rectis *MΘ*, *ZH* [prop. 22; Eucl. VI, 16]; itaque radius circuli *N* quadratus aequalis

1) *τοῦτο* lin. 13 non ad proxime praecedentia refertur sed ad lin. 6. inde sequitur, uerba *τὸ γὰρ* lin. 11—*σφαίρας* lin. 13 interpolata esse. sed ipsa quoque uerba *τοῦτο κτλ.* suspecta sunt.

5 om. ABC. 6 *περιγεγραμμένον*] AB, *ἐγγεγραμμένον* C, mg. B. 10 *πολυγώνου*] AB, *πολυγωνίου* C. *ἔτι*] B², *επι* AC. 11 *τό*—12 *πολυγώνου*] addidi, om. AB(C). 12 *γεγραμμένον*] scripsi, *εγγεγραμμενον* AB(C), *περιγεγραμμένον* *Barrowius.* *σχῆμα*] AB, (*σχ*)*ῆμ*(...) C. *τὸ γὰρ περιγεγραμμέναν σχῆμα τῷ τομεῖ ἐγγεγραμμένον σχῆμά ἐστιν εἰς κτλ.* *Torellius*, cfr. p. 150, 1 sqq. 13 *δέ*] *δή* *Nizzius.* 15 *μ'*] *λη'* ABC. 21 *ἐπ' αὐτῆς*] AC; fort. *ἐν αὐτῇ*; in ipsa B. 23 *ΔKZ*] AB, *ΔKZ* C.

1) Exspectaueris *ἑκάτερος* (sc. *ὅρος*) *γὰρ ἑκατέρου* (*ἑκάτερα γὰρ ἑκατέρων* Wallis), sed genus femininum minus adcurate refertur ad auditum uerbum *εὐθεῖα*, quasi sit $A\Theta = 5924\tfrac{1}{2}\tfrac{1}{4}$, $\Theta\Gamma = 780$.

2) Ueri simile est, Archimedem ipsum haec addidisse. similes omissiones durae inueniuntur p. 240, 4, 6; 242, 5, 8, nec dubito eas transscriptori tribuere, sicut etiam p. 240, 8 *τὸ πολύγωνον* pro *ἡ περίμετρος τοῦ πολυγώνου*, p. 242, 17 *ὁ κύκλος* pro *ἡ περίμετρος τοῦ κύκλου*.

3) Quippe quae maior sit perimetro polygoni (De sph. et cyl. I p. 10, 1).

μειζων δε AC, maior B, autem quam decem septuagesimunis add. B². In fine: *Αρχιμηδους κυκλου μετρησις* A.

DE CONOIDIBUS ET SPHAEROIDIBUS.

Ἀρχιμήδης Δοσιθέῳ εὖ πράττειν.

Ἀποστέλλω τοι γράψας ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ τῶν τε λοιπῶν θεωρημάτων τὰς ἀποδείξιας, ὧν οὐκ εἶχες ἐν τοῖς πρότερον ἀπεσταλμένοις, καὶ ἄλλων ὕστερον ποτεξευρημένων, ἃ πρότερον μὲν ἤδη πολλάκις ἐγχειρήσας ἐπισκέπτεσθαι δύσκολον ἔχειν τι φανείσας μοι τᾶς εὑρέσιος αὐτῶν ἀπόρησα· διόπερ οὐδὲ συνεξεδόθεν τοῖς ἄλλοις αὐτὰ τὰ προβεβλημένα. ὕστερον δὲ ἐπιμελέστερον ποτ' αὐτοῖς γενόμενος ἐξεῦρον τὰ ἀπορηθέντα. ἦν δὲ τὰ μὲν λοιπὰ τῶν προτέρων θεωρημάτων περὶ τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος προβεβλημένα, τὰ δὲ νῦν ἐντι ποτεξευρημένα περί τε ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος καὶ περὶ σφαιροειδέων σχημάτων, ὧν τὰ μὲν παραμάκεα, τὰ δὲ ἐπιπλατέα καλέω.

περὶ μὲν οὖν τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος ὑπέκειτο τάδε· εἴ κα ὀρθογωνίου κώνου τομὰ μενούσας τᾶς διαμέτρου περιενεχθεῖσα ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, τὸ περιλαφθὲν σχῆμα ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς ὀρθογώνιον κωνοειδὲς καλεῖσθαι, καὶ ἄξονα μὲν αὐτοῦ τὰν μεμενάκουσαν διάμετρον καλεῖσθαι, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται ὁ ἄξων τᾶς τοῦ κωνοειδέος ἐπιφανείας· καὶ εἴ κα τοῦ

Αρχιμηδους περι κωνοειδεων και σφαιροειδεων AB. 1 *Δοσιθέῳ*] G, *Δωσιθεῳ* A. 6 *δύσκολον*] *Riualtus*, *δυσποτολον* A, omnino difficultatem B. 7 *εὑρέσιος*] scripsi, *ευρεσιας*

Archimedes Dositheo s.

Hoc libro conscriptas tibi mitto demonstrationes et reliquorum theorematum, quorum demonstrationes in iis libris, quos antea tibi misi,[1] non habuisti, et aliorum quorundam postea inuentorum,[2] quae cum antea saepe perscrutari conatus essem, haerebam, quia inuentio eorum difficultatem quandam habere mihi uidebatur. quare ne editae[3] quidem sunt ipsae propositiones una cum ceteris. postea autem diligentius ea adgressus inueni ea, in quibus haeseram. reliqua autem theorematum priorum de conoide rectangulo proposita erant. quae nunc noua inueni, de conoide obtusiangulo sunt et de figuris sphaeroidibus, quarum alteras oblongas, alteras latas nomino.

de rectangulo igitur conoide haec proposita erant: si sectio coni rectanguli manente diametro circumuoluta rursus in eum statum restituatur, unde moueri coepta sit, figuram sectione coni rectanguli comprehensam conoides rectangulum uocari, et axem uocari eius diametrum manentem, uerticem autem punctum, in quo axis superficiem conoidis tangat; et si planum conoides rectangulum contingat, et

---

1) H. e. libros de sphaera et cylindro, de helicibus, de parabola.

2) De conoidibus obtusiangulis et de sphaeroidibus (lin. 12); de iis ne propositiones quidem Cononi miserat Archimedes (lin. 8).

3) H. e. Cononi missae soluendae et cum aliis mathematicis communicandae.

AB. **19** καλεῖσθαι] *Torellius,* καλεισθω AB. **22** τοῦ (alt.)] *Torellius,* το του A.

ὀρθογωνίου κωνοειδέος σχήματος ἐπίπεδον ἐπιψαύῃ, παρὰ δὲ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον ἄλλο ἐπίπεδον ἀχθὲν ἀποτέμῃ τι τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος, βάσιν μὲν καλεῖσθαι τοῦ ἀποτμαθέντος τμάματος τὸ ἐπίπεδον τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ κωνοειδέος τομᾶς ἐν τῷ ἀποτέμνοντι ἐπιπέδῳ, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἐπιψαύει τὸ ἕτερον ἐπίπεδον τοῦ κωνοειδέος, ἄξονα δὲ τὰν ἐναπολαφθεῖσαν εὐθεῖαν ἐν τῷ τμάματι ἀπὸ τᾶς ἀχθείσας διὰ τᾶς κορυφᾶς τοῦ τμάματος παρὰ τὸν ἄξονα τοῦ κωνοειδέος.

προεβάλλετο δὲ τάδε θεωρῆσαι· διὰ τί, εἴ κα τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος τμάματα ἀποτμαθῇ ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ἡμιόλιον ἐσσεῖται τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν· καὶ διὰ τί, εἴ κα ἀπὸ τοῦ ὀρθογωνίου κωνοειδέος δύο τμάματα ἀποτμαθέωντι ἐπιπέδοις ὁπωσοῦν ἀγμένοις, τὰ ἀποτμαθέντα τμάματα διπλάσιον λόγον ἑξοῦντι ποτ' ἄλλαλα τῶν ἀξόνων.

περὶ δὲ τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος ὑποτιθέμεθα μὲν τάδε· εἴ κα ἐν ἐπιπέδῳ ἐόντι ἀμβλυγωνίου κώνου τομὰ καὶ ἁ διάμετρος αὐτᾶς καὶ αἱ ἔγγιστα τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς, μενούσας δὲ τᾶς διαμέτρου περιενεχθὲν τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐντι αἱ εἰρημέναι γραμμαί, ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, αἱ μὲν ἔγγιστα εὐθεῖαι τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς δῆλον ὡς κῶνον ἰσοσκελέα περιλαψοῦνται, οὗ κορυφὰ ἐσσεῖται τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ αἱ ἔγγιστα συμπίπτοντι, ἄξων δὲ ἁ μεμενάκουσα διάμετρος· τὸ δὲ ὑπὸ τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς σχῆμα περιλαφθὲν

---

1 κωνοειδέος] EH, κονοειδεος A. 2 ἐπιψαῦον] GH, e
11 θεωρήσαι *Heiberg;* corr. *Stamatis.*

aliud planum contingenti parallelum segmentum conoidis aliquod abscindat, basim segmenti abscisi uocari planum sectione conoidis in plano abscindenti comprehensum, uerticem autem punctum, in quo alterum planum conoides contingat, axem autem eam partem rectae per uerticem segmenti axi conoidis parallelae ductae, quae intra segmentum comprehendatur.

consideranda autem haec proponebantur:

cur, si segmenta conoidis rectanguli plano ad axem perpendiculari abscindantur, segmentum abscisum dimidia parte maius sit cono basim habenti eandem, quam segmentum, et eundem axem [prop. 21]; et cur, si a conoide rectangulo planis quoquo modo ductis duo segmenta abscindantur, segmenta abscisa duplicem inter se rationem habeant quam axes [prop. 24].

de obtusiangulo autem conoide haec supponimus: si in plano sunt sectio coni obtusianguli, diametrus eius, rectae sectioni coni obtusianguli proximae, et manente diametro planum, in quo sunt hae lineae, circumuolutum rursus in eum statum restituitur, unde moueri coeptum est, adparet, rectas sectioni coni obtusianguli proximas conum aequicrurium comprehensuras esse, cuius uertex erit punctum, in quo rectae sectioni proximae concurrunt, axis autem diametrus manens; et figuram sectione coni obtusianguli comprehensam conoides obtusiangulum uocari, axem autem eius diametrum manentem, uerticem autem punctum, in quo

---

corr. E, *επιψανων* A. **11** *προεβάλλετο δέ*] mg. G, *προεβαλλεν τοδε* A. **12** *τμάματα*] *τμᾶμα Nizzius;* sed cfr. p. 250, 25. **14** *ἐσσεῖται*] *Torellius, εσειται* A. **16** *ἀποτμαθέωντι*] *Torellius, ἀποτμαθῶντι* G, *αποτμαθεντι* A. **18** *ποτ' ἄλλαλα*] *Torellius, ποτι τα αλλα* AB. **19** *ὑποτιθέμεθα*] scripsi, cfr. p. 248 not. 2; *υπετιθεμεθα* AB. **21** *αἱ*] B, om. A.

ἀμβλυγώνιον κωνοειδὲς καλεῖσθαι, ἄξονα δὲ αὐτοῦ τὰν μεμενάκουσαν διάμετρον, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται ὁ ἄξων τᾶς ἐπιφανείας τοῦ κωνοειδέος· τὸν δὲ κῶνον τὸν περιλαφθέντα ὑπὸ τᾶν ἔγγιστα τᾶς τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομᾶς περιέχοντα τὸ κωνοειδὲς καλεῖσθαι, τὰν δὲ μεταξὺ εὐθεῖαν τᾶς τε κορυφᾶς τοῦ κωνοειδέος καὶ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου τοῦ περιέχοντος τὸ κωνοειδὲς ποτεοῦσαν τῷ ἄξονι καλεῖσθαι· καὶ εἴ κα τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος ἐπίπεδον ἐπιψαύῃ, παρὰ δὲ τὸ ἐπιψαῦον ἐπίπεδον ἄλλο ἐπίπεδον ἀχθὲν ἀποτέμῃ τμᾶμα τοῦ κωνοειδέος, βάσιν μὲν καλεῖσθαι τοῦ ἀποτμαθέντος τμάματος τὸ ἐπίπεδον τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ κωνοειδέος τομᾶς ἐν τῷ ἀποτέμνοντι ἐπιπέδῳ, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται τὸ ἐπίπεδον τὸ ἐπιψαῦον τοῦ κωνοειδέος, ἄξονα δὲ τὰν ἀπολαφθεῖσαν ἐν τῷ τμάματι ἀπὸ τᾶς ἀχθείσας διὰ τᾶς κορυφᾶς τοῦ τμάματος καὶ τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου τοῦ περιέχοντος τὸ κωνοειδές, καὶ τὰν μεταξὺ τᾶν εἰρημενᾶν κορυφᾶν εὐθεῖαν ποτεοῦσαν τῷ ἄξονι καλεῖσθαι.

τὰ μὲν οὖν ὀρθογώνια κωνοειδέα πάντα ὁμοῖά ἐντι, τῶν δὲ ἀμβλυγωνίων κωνοειδέων ὁμοῖα καλείσθω, ὧν κα οἱ κῶνοι οἱ περιέχοντες τὰ κωνοειδέα ὁμοίοι ἔωντι. προβάλλεται δὲ τάδε θεωρῆσαι· διὰ τί, εἴ κα τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος ἀποτμαθῇ τμάματα ἐπιπέδῳ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος

---

2 *τάν*] GH, *τα* A. 4 *τᾶν*] B, *τας* A. 23 *κα*] 24 *θεωρῆσαι* *Heiberg;* corr. *Stamatis.*

axis superficiem conoidis tangat; conum autem rectis sectioni coni obtusianguli proximis comprehensum comprehendentem conoides uocari, rectam autem inter uerticem conoidis et uerticem coni conoides comprehendentis positam axi adiectam uocari; et si planum conoides obtusiangulum contingat, et aliud planum plano contingenti parallelum segmentum conoidis abscindat, basim segmenti abscisi uocari planum sectione conoidis in plano abscindenti comprehensum, uerticem autem punctum, in quo planum contingens conoides tangat, axem autem eam partem rectae per uerticem segmenti et uerticem coni conoides comprehendentis ductae, quae intra segmentum comprehendatur, rectam autem inter hos uertices positam axi adiectam uocari.

rectangula conoidea omnia similia sunt,[1]) obtusiangulorum autem conoideon ea similia uocentur, in quibus coni conoidea comprehendentes similes sint.[2])

consideranda autem haec proponuntur:

cur, si plano ad axem perpendiculari abscindantur segmenta conoidis obtusianguli, segmentum abscisum ad conum eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem eam habeat rationem, quam recta axi segmenti et simul triplici rectae axi adiectae aequalis ad rectam axi segmenti

---

1) Quia omnes parabolae similes sunt (Apollonius, Con. VI, 11).

2) Eucl. XI def. 24: *ὅμοιοι κῶνοι καὶ κύλινδροί εἰσιν, ὧν οἵ τε ἄξονες καὶ αἱ διάμετροι τῶν βάσεων ἀνάλογόν εἰσιν.*

---

scripsi, *και* AB. 25 *τμάματα*] *τμᾶμα* *Nizzius*, cfr. p. 248, 12. 29 *ὄν*] B, om. A. *συναμφοτέραις*] scripsi, *συναμφοτερα* AB. *τε*] addidi, om. AB.

καὶ τᾷ τριπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι ποτὶ τὰν ἴσαν ἀμφοτέραις τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος καὶ τᾷ διπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι· καὶ διὰ τί, εἴ κα τοῦ ἀμβλυγωνίου κωνοειδέος τμᾶμα ἀποτμαθῇ ἐπιπέδῳ μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ποτὶ τὸ σχῆμα τὸ βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, ὃ γίγνεται ἀπότμαμα κώνου, τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος καὶ τᾷ τριπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι ποτὶ τὰν ἴσαν ἀμφοτέραις τῷ τε ἄξονι τοῦ τμάματος καὶ τᾷ διπλασίᾳ τᾶς ποτεούσας τῷ ἄξονι.

περὶ δὲ τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ὑποτιθέμεθα τάδε· εἴ κα ὀξυγωνίου κώνου τομὰ μενούσας τᾶς μείζονος διαμέτρου περιενεχθεῖσα ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, τὸ περιλαφθὲν σχῆμα ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς παραμᾶκες σφαιροειδὲς καλεῖσθαι· εἰ δέ κα τᾶς ἐλάσσονος διαμέτρου μενούσας περιενεχθεῖσα ἁ τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομὰ ἀποκατασταθῇ πάλιν, ὅθεν ὥρμασεν, τὸ περιλαφθὲν σχῆμα ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἐπιπλατὺ σφαιροειδὲς καλεῖσθαι· ἑκατέρου δὲ τῶν σφαιροειδέων ἄξονα μὲν καλεῖσθαι τὰν μεμενάκουσαν διάμετρον, κορυφὰν δὲ τὸ σαμεῖον, καθ' ὃ ἅπτεται ὁ ἄξων τᾶς ἐπιφανείας τοῦ σφαιροειδέος, κέντρον δὲ καλεῖσθαι τὸ μέσον τοῦ ἄξονος καὶ διάμετρον τὰν διὰ τοῦ κέντρου ποτ' ὀρθὰς ἀγομέναν τῷ ἄξονι· καὶ εἴ κα τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ὁποτερουοῦν ἐπίπεδα παράλληλα ἐπιψαύωντι μὴ τέμνοντα, παρὰ δὲ τὰ ἐπίπεδα τὰ ψαύ-

---

8 συναμφοτέραις] scripsi, συναμφοτερος AB. 9 τε] addidi,

et simul duplici rectae axi adiectae aequalem [prop. 25]; et cur, si plano ad axem non perpendiculari segmentum conoidis obtusianguli abscindatur, segmentum abscisum ad figuram basim eandem habentem, quam segmentum, et axem eundem (quae est segmentum coni)[1]) eam rationem habeat, quam recta axi segmenti et simul triplici rectae axi adiectae aequalis ad rectam axi segmenti et simul duplici rectae axi adiectae aequalem [prop. 26].

de sphaeroidibus autem figuris haec supponimus:[2]) si sectio coni acutianguli manente diametro maiore circumuoluta rursus in eum statum restituatur, unde moueri coepta sit, figuram sectione coni acutianguli comprehensam sphaeroides oblongum uocari; sin sectio coni acutianguli manente minore diametro circumuoluta rursus in eum statum restituatur, unde moueri coepta sit, figuram sectione coni acutianguli comprehensam sphaeroides latum uocari; utriusque autem sphaeroidis axem uocari diametrum manentem, uerticem autem punctum, in quo axis superficiem sphaeroidis tangat, centrum autem uocari medium axis punctum, et diametrum rectam per centrum ad axem perpendicularem ductam; et si plana parallela utramuis figurarum sphaeroideon contingant ita, ut non secent, et aliud planum planis tangentibus parallelum ducatur sphaeroides

---

1) Haec uerba (lin. 7), si genuina sunt, praeoccupando posteriora significant; nam p. 258, 23 sq. demum definitur *ἀπότμαμα κώνου*. cfr. p. 256, 14—15, 29.

2) Sic recte A; u. p. 247 not. 2.

---

om. AB. **14** *τομά*] BG, *τομας* A. **15** *ἀποκατασταθῇ*] mg. G, *αποκαταστη* A. **16** *ὑπό*] *Torellius*, *υπο τε* A. **18** *καί*] addidi, om. AB. **27** *σφαιροειδέων*] EG, *σφαιροειδεως* A.

οντα ἄλλο ἐπίπεδον ἀχθῇ τέμνον τὸ σφαιροειδές, τῶν γενομένων τμαμάτων βάσιν μὲν καλεῖσθαι τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ σφαιροειδέος τομᾶς ἐν τῷ τέμνοντι ἐπιπέδῳ, κορυφὰς δὲ τὰ σαμεῖα, καθ' ἃ ἐπιψαύοντι τοῦ σφαιροειδέος τὰ παράλληλα ἐπίπεδα, ἄξονας δὲ τὰς ἐναπολαφθείσας εὐθείας ἐν τοῖς τμαμάτεσσιν ἀπὸ τᾶς εὐθείας τᾶς τὰς κορυφὰς αὐτῶν ἐπιζευγνυούσας· ὅτι δὲ τά τε ἐπιψαύοντα ἐπίπεδα τοῦ σφαιροειδέος καθ' ἓν μόνον ἅπτονται σαμεῖον τᾶς ἐπιφανείας αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἁ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα διὰ τοῦ κέντρου τοῦ σφαιροειδέος πορεύεται, δειξοῦμες· ὁμοῖα δὲ καλεῖσθαι τῶν σφαιροειδέων σχημάτων, ὧν κα οἱ ἄξονες ποτὶ τὰς διαμέτρους τὸν αὐτὸν λόγον ἔχωντι. τμάματα δὲ σφαιροειδέων σχημάτων καὶ κωνοειδέων ὁμοῖα καλείσθω, εἴ κα ἀφ' ὁμοίων σχημάτων ἀφαιρημένα ἔωντι καὶ τάς τε βάσιας ὁμοίας ἔχωντι, καὶ οἱ ἄξονες αὐτῶν ἤτοι ὀρθοὶ ἐόντες ποτὶ τὰ ἐπίπεδα τῶν βασίων ἢ γωνίας ἴσας ποιοῦντες ποτὶ τὰς ὁμολόγους διαμέτρους τῶν βασίων τὸν αὐτὸν ἔχωντι λόγον ποτ' ἀλλάλους ταῖς ὁμολόγοις διαμέτροις τῶν βασίων.

προβάλλεται δὲ περὶ τῶν σφαιροειδέων τάδε θεωρῆσαι· διὰ τί, εἴ κά τι τῶν σφαιροειδέων σχημάτων ἐπιπέδῳ τμαθῇ διὰ τοῦ κέντρου ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τῶν γεναμένων τμαμάτων ἑκάτερον διπλάσιον ἐσσεῖται τοῦ κώνου τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν, εἰ δέ κα ὀρθῷ μὲν ποτὶ τὸν ἄξονα τῷ ἐπιπέδῳ τμαθῇ, μὴ διὰ τοῦ κέντρου δέ, τῶν γεναμένων τμαμάτων τὸ μὲν μεῖζον ποτὶ τὸν κῶνον τὸν τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τῷ τμάματι

4 ἅ] G, ας A. 6 τμαμάτεσσιν] H, τμαματεσιν A. 7 τᾶς
21/22 θεωρήσαι *Heiberg;* corr. *Stamatis.*

secans, segmentorum inde orientium basim uocari ⟨planum⟩ sectione sphaeroidis in plano secanti comprehensnm, uertices uero puncta, in quibus plana parallela sphaeroides contingant, axes autem eas partes rectae uertices segmentorum iungentis, quae intra segmenta comprehendantur; plana uero sphaeroides contingentia in uno tantum puncto superficiem eius tangere [prop. 16], et rectam puncta contactus iungentem per centrum sphaeroidis cadere [prop. 16], demonstrabimus; similes autem eas figurarum sphaeroideon uocari, quarum axes ad diametros eandem rationem habeant. segmenta autem figurarum sphaeroideon et conoideon similia uocentur, si ab similibus figuris abscisa sunt basesque similes habent, et axes eorum aut ad plana basium perpendiculares aut aequales angulos cum diametris basium inter se respondentibus facientes eandem inter se rationem habent, quam diametri basium inter se respondentes.

consideranda autem de sphaeroidibus haec proponuntur: cur, si quaeuis figurarum sphaeroideon plano per centrum ad axem perpendiculari secetur, utrumuis segmentorum inde orientium duplo maius sit cono basim habenti eandem, quam segmentum, et axem eundem [prop. 27], sin plano ad axem perpendiculari neque uero per centrum secetur, maius segmentorum inde orientium ad conum eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem hanc habeat ra-

---

(alt.)] scripsi, τα A, del. G[2]. **12** κα] scripsi, και AB. **13** ἔχωντι] scripsi, εχοντι A. **14** τμάματα] B, τμαμα A. **15** καλεῖσθαι *Torellius.* **16** ἔχωντι] scripsi, εχοντι A. **19** ἔχωντι] scripsi, εχοντι A. **27** μή] *Torellius,* om. AB (lin. 26: s i a u t e m n o n r e c t o B, mg. i n g r e c o n o n h a b e t u r n o n).

καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισείᾳ τᾶς εὐθείας, ἅ ἐστιν ἄξων τοῦ σφαιροειδέος, καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ ἐλάσσονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τοῦ ἐλάσσονος τμάματος, τὸ δὲ ἔλασσον τμᾶμα ποτὶ τὸν κῶνον τὸν βάσιν ἔχοντα τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἔχει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισείᾳ τᾶς εὐθείας, ἅ ἐστιν ἄξων τοῦ σφαιροειδέος, καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ μείζονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τοῦ μείζονος τμάματος· καὶ διὰ τί, εἴ κα τῶν σφαιροειδέων τι ἐπιπέδῳ τμαθῇ διὰ τοῦ κέντρου μὴ ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα, τῶν γεναμένων τμαμάτων ἑκάτερον διπλάσιον ἐσσεῖται τοῦ σχήματος τοῦ βάσιν ἔχοντος τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτόν· γίγνεται δὲ τὸ σχῆμα ἀπότμαμα κώνου· εἰ δέ κα μήτε διὰ τοῦ κέντρου μήτε ὀρθῷ ποτὶ τὸν ἄξονα τῷ ἐπιπέδῳ τμαθῇ τὸ σφαιροειδές, τῶν γεναμένων τμαμάτων τὸ μὲν μεῖζον ποτὶ τὸ σχῆμα τὸ βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισέᾳ αὐτᾶς τᾶς ἐπιζευγνυούσας τὰς κορυφὰς τῶν τμαμάτων καὶ τῷ ἄξονι τῷ τοῦ ἐλάσσονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τὸν τοῦ ἐλάσσονος τμάματος, τὸ δὲ ἔλασσον τμᾶμα ποτὶ τὸ σχῆμα τὸ βάσιν ἔχον τὰν αὐτὰν τῷ τμάματι καὶ ἄξονα τὸν αὐτὸν τοῦτον ἕξει τὸν λόγον, ὃν ἔχει ἁ συναμφοτέραις ἴσα τᾷ τε ἡμισέᾳ τᾶς ἐπιζευγνυούσας τὰς κορυφὰς τῶν τμαμάτων καὶ τῷ ἄξονι τοῦ μείζονος τμάματος ποτὶ τὸν ἄξονα τὸν τοῦ μείζονος τμάματος· γίνεται δὲ καὶ ἐν τούτοις τὸ σχῆμα ἀπότμαμα κώνου.

1 *τοῦτον*] *Torellius*, om. AB. **20** *αὐτᾶς*] delendum? **27** *τοῦ*] fort. *τῷ τοῦ*.

tionem, quam recta dimidio axi sphaeroidis et simul axi segmenti minoris aequalis ad axem segmenti minoris, minus autem segmentum ad conum basim eandem habentem, quam segmentum, et axem eundem hanc habeat rationem, quam recta dimidio axi sphaeroidis et simul axi segmenti maioris aequalis ad axem segmenti maioris [prop. 29]; et cur, si quoduis sphaeroides plano per centrum ad axem non perpendiculari secetur, utrumuis segmentorum inde orientium duplo maius sit figura eandem basim habenti, quam segmentum, et axem eundem (figura autem haec coni segmentum est)[1]) [prop. 28], sin plano nec per centrum posito nec ad axem perpendiculari sphaeroides secetur, segmentorum inde orientium maius ad figuram eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem eam habeat rationem, quam recta dimidiae rectae uertices segmentorum iungenti et simul axi segmenti minoris aequalis ad axem segmenti minoris [prop. 32], segmentum autem minus ad figuram eandem basim habentem, quam segmentum, et axem eundem eam rationem habeat, quam recta dimidiae rectae uertices segmentorum iungenti et simul axi maioris segmenti aequalis ad axem segmenti maioris (haec autem figura in his quoque segmentum coni est)[1]) [prop. 30].

---

1) Cfr. p. 253 not. 1.

ἀποδειχθέντων δὲ τῶν εἰρημένων θεωρημάτων διὰ τούτων εὑρίσκονται θεωρήματά τε πολλὰ καὶ προβλήματα, οἷον καὶ τόδε· ὅτι τὰ ὁμοῖα σφαιροειδέα καὶ τὰ ὁμοῖα τμάματα τῶν τε σφαιροειδέων σχημάτων καὶ τῶν κωνοειδέων τριπλασίονα λόγον ἔχοντι ποτ' ἄλλαλα τῶν ἀξόνων, καὶ διότι τῶν ἴσων σφαιροειδέων σχημάτων τὰ τετράγωνα τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων ἀντιπεπόνθασι τοῖς ἀξόνεσσιν, καὶ εἴ κα τῶν σφαιροειδέων σχημάτων τὰ τετράγωνα τὰ ἀπὸ τῶν διαμέτρων ἀντιπεπόνθωντι τοῖς ἀξόνεσσιν, ἴσα ἐντὶ τὰ σφαιροειδέα· πρόβλημα δέ, οἷον καὶ τόδε· ἀπὸ τοῦ δοθέντος σφαιροειδέος σχήματος ἢ κωνοειδέος τμᾶμα ἀποτεμεῖν ἐπιπέδῳ παρὰ δοθὲν ἐπίπεδον ἀγμένῳ, εἶμεν δὲ τὸ ἀποτμαθὲν τμᾶμα ἴσον τῷ δοθέντι κώνῳ ἢ κυλίνδρῳ ἢ σφαίρᾳ τᾷ δοθείσᾳ.

προγράψαντες οὖν τά τε θεωρήματα καὶ τὰ ἐπιτάγματα τὰ χρεῖαν ἔχοντα εἰς τὰς ἀποδείξιας αὐτῶν μετὰ ταῦτα γραψοῦμές τοι τὰ προκείμενα. εὐτύχει.

Εἴ κα κῶνος ἐπιπέδῳ τμαθῇ συμπίπτοντι πάσαις ταῖς τοῦ κώνου πλευραῖς, ἁ τομὰ ἐσσεῖται ἤτοι κύκλος ἢ ὀξυγωνίου κώνου τομά. εἰ μὲν οὖν κύκλος ἁ τομά, δῆλον, ὅτι τὸ ἀπολαφθὲν ἀπ' αὐτοῦ τμᾶμα ἐπὶ τὰ αὐτὰ τᾷ τοῦ κώνου κορυφᾷ κῶνος ἐσσεῖται· εἰ δέ κα ἁ τομὰ γένηται ὀξυγωνίου κώνου τομά, τὸ ἀπολαφθὲν ἀπὸ τοῦ κώνου σχῆμα ἐπὶ τὰ αὐτὰ τᾷ τοῦ κώνου κορυφᾷ ἀπότμαμα κώνου καλείσθω, τοῦ δὲ ἀποτμάματος βάσις μὲν καλείσθω τὸ ἐπίπεδον τὸ περιλαφθὲν ὑπὸ τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς, κορυφὰ δὲ τὸ σαμεῖον, ὃ καὶ τοῦ κώνου κορυφά, ἄξων δὲ ἁ ἀπὸ

---

3 τόδε] fort. τάδε. 5 ποτ' ἄλλαλα] *Torellius*, ποτι τα

his autem theorematis demonstratis per ea multa et theoremata et problemata inueniuntur, uelut hoc:[1]) similia sphaeroidea similiaque segmenta et figurarum sphaeroideon et conoideon inter se triplicem rationem habere quam axes, et in aequalibus figuris sphaeroidibus[2]) quadrata diametrorum in contraria proportione esse atque axes, et si in figuris sphaeroidibus quadrata diametrorum in contraria proportione sint atque axes, sphaeroidea aequalia esse. et problemata, uelut hoc: a data figura sphaeroide uel conoide plano dato plano parallelo segmentum abscindere ita, ut[3]) segmentum abscisum dato cono uel cylindro uel etiam datae sphaerae aequale sit.

praemissis igitur et theorematis et epitagmatis[4]) ad demonstrationes eorum utilibus deinde tibi perscribam, quae proposita sunt. uale.

DEFINITIONES.

Si conus plano cum omnibus lateribus coni concurrenti secatur, sectio aut circulus erit aut sectio coni acutianguli. iam si sectio circulus est, adparet, segmentum a cono[5]) abscisum in eadem parte, in qua sit uertex coni, conum futurum esse; sin sectio est coni acutianguli sectio, figura a cono in eadem parte abscisa, in qua est uertex coni, segmentum coni uocetur, segmenti uero basis uocetur planum

---

1) Archimedesne solutiones horum theorematum et problematis (lin. 11 sq.), quas eum nouisse necesse est, unquam ediderit, non constat. resoluerunt Riualtus p. 328 sq., Sturmius p. 377 sq.; cfr. Nizzius p. 203 sq.

2) Genetiuus lin. 6 pendet ex *διαμέτρων* lin. 7; cfr. lin. 9.

3) Infinitiuus *εἶμεν* lin. 13 sicut *ἀποτεμεῖν* lin. 12 pendet ex significatione iubendi, quae inest in *πρόβλημα*.

4) Siue porismatis, u. propp. 7—9.

5) *ἀπ' αὐτοῦ* lin. 22 h. e. *ἀπὸ τοῦ κώνου*, cfr. lin. 25.

αλλα AB. **6** *διότι*] *δὴ ὅτι* B. **8** *ἀξόνεσσιν*] GH, *αξονεσιν* A. **10** *ἀντιπεπόνθωντι*] scripsi, *αντιπεπονθασι* A. **11** *πρόβλημα*] fort. *προβλήματα*. **12** *σχήματος*] *Nizzius*, *τμαματος* AB. **19** *πάσαις*] G, *πασαι* A. **23** *κῶνος* — **25** *κορυφᾷ*] BH, bis A. **23** *κα ἁ*] *κ' ἁ* G, *κα* A.

τᾶς κορυφᾶς τοῦ κώνου ἐπὶ τὸ κέντρον τᾶς τοῦ ὀξυγωνίου κώνου τομᾶς ἐπιζευχθεῖσα εὐθεῖα.

καὶ εἴ κα κύλινδρος δυοῖς ἐπιπέδοις παραλλήλοις τμαθῇ συμπιπτόντεσσι πάσαις ταῖς τοῦ κυλίνδρου πλευραῖς, αἱ τομαὶ ἐσσοῦνται ἤτοι κύκλοι ἢ ὀξυγωνίων κώνων τομαὶ ἴσαι καὶ ὁμοῖαι ἀλλάλαις. εἰ μὲν οὖν κα αἱ τομαὶ κύκλοι γένωνται, δῆλον, ὅτι τὸ ἀποτμαθὲν ἀπὸ τοῦ κυλίνδρου σχῆμα μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων κύλινδρος ἐσσεῖται· εἰ δέ κα αἱ τομαὶ γένωνται ὀξυγωνίων κώνων τομαί, τὸ ἀπολαφθὲν ἀπὸ τοῦ κυλίνδρου σχῆμα μεταξὺ τῶν παραλλήλων ἐπιπέδων τόμος κυλίνδρου καλείσθω, τοῦ δὲ τόμου βάσις μὲν καλείσθω τὰ ἐπίπεδα τὰ περιλαφθέντα ὑπὸ τᾶν τῶν ὀξυγωνίων κώνων τομᾶν, ἄξων δὲ ἁ ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα τὰ κέντρα τᾶν τῶν ὀξυγωνίων κώνων τομᾶν· ἐσσεῖται δὲ αὕτα ἐπὶ τᾶς αὐτᾶς εὐθείας τῷ ἄξονι τοῦ κυλίνδρου.

Εἴ κα ἔωντι μεγέθεα ὁποσαοῦν τῷ ἴσῳ ἀλλάλων ὑπερέχοντα, ᾖ δὲ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τῷ ἐλαχίστῳ, καὶ ἄλλα μεγέθεα τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ, πάντα τὰ μεγέθεα, ὧν ἐστιν ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ, πάντων μὲν τῶν τῷ ἴσῳ ὑπερεχόντων ἐλάσσονα ἐσσοῦνται ἢ διπλάσια, τῶν δὲ λοιπῶν χωρὶς τοῦ μεγίστου μείζονα ἢ διπλάσια. ἁ δὲ ἀπόδειξις τούτου φανερά.

α΄.

Εἴ κα μεγέθεα ὁποσαοῦν τῷ πλήθει ἄλλοις μεγέθεσιν ἴσοις τῷ πλήθει κατὰ δύο τὸν αὐτὸν λόγον ἔχωντι τὰ ὁμοίως τεταγμένα, λέγηται δὲ τά τε πρῶτα

2 ἐπιζευχθεῖσα] G, επιζευχθεισας A. 6 κα αἱ] scripsi,

sectione coni acutianguli comprehensum, uertex autem punctum, quod idem coni uertex est, axis autem recta a uertice coni ad centrum sectionis coni acutianguli ducta.[1])

et si cylindrus duobus planis parallelis cum omnibus lateribus cylindri concurrentibus secatur, sectiones aut circuli erunt aut sectiones conorum acutiangulorum sibi in uicem aequales et similes.[2]) iam si sectiones circuli sunt, adparet, figuram a cylindro inter plana parallela abscisam cylindrum futurum esse; sin sectiones acutianguli coni sectiones sunt, figura a cylindro inter plana parallela abscisa frustum cylindri uocetur, frusti uero basis uocentur plana sectionibus conorum acutiangulorum comprehensa, axis autem recta centra sectionum conorum acutiangulorum iungens; haec autem in eadem recta erit, in qua est axis cylindri.

Si magnitudines quotlibet datae sunt aequali spatio inter se excedentes, et differentia minimae aequalis est, et aliae quoque magnitudines datae sunt numero prioribus aequales et magnitudine omnes maximae illarum aequales, omnes hae magnitudines, quarum quaeque maximae aequalis est, minores erunt quam duplo maiores omnibus magnitudinibus aequali spatio inter se excedentibus, maiores autem quam duplo maiores reliquis praeter maximam. demonstratio uero huius propositionis in medio posita est.[3])

I.

Si magnitudines quotlibet numero et aliae magnitudines numero aequales binae cum binis similiter positae eandem rationem habent, et priores magnitudines aut omnes aut

1) Cfr. de his propositionibus Apollonius, Con. I, 4 et I, 13.
2) U. Serenus De sect. cylindri propp. 5 et 9—10.
3) Nam demonstrata est ab Archimede ipso *Περὶ ἑλίκ.* prop. 11; Quaest. Arch. p. 56.

και αι A, *κ' αἱ* G, om. B. 9 *κα αἱ*] scripsi, *και αι* AB, *κ' αἱ* G. 15 *τομᾶν*] G, *τομα* A. 17 *τῷ*] EG, *το* A. 19 *πλήθει*] G, e corr. E, *πληθη* A. 25 *α'*] AB. 28 *ἔχωντι*] scripsi, *εχοντι* A.

μεγέθεα ποτ' ἄλλα μεγέθεα ἢ πάντα ἤ τινα αὐτῶν ἐν λόγοις ὁποιοισοῦν, καὶ τὰ ὕστερον ποτ' ἄλλα μεγέθεα τὰ ὁμόλογα ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις, πάντα τὰ πρῶτα μεγέθεα ποτὶ πάντα, ἃ λέγονται, τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον, ὃν ἔχοντι πάντα τὰ ὕστερον μεγέθεα ποτὶ πάντα, ἃ λέγονται.

ἔστω τινὰ μεγέθεα τὰ *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*, *Ε*, *Ζ* ἄλλοις μεγέθεσιν ἴσοις τῷ πλήθει τοῖς *Η*, *Θ*, *Ι*, *Κ*, *Λ*, *Μ* κατὰ δύο τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον, καὶ ἐχέτω τὸ μὲν *Α* ποτὶ τὸ *Β* τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ *Η* ποτὶ τὸ *Θ*, τὸ δὲ *Β* ποτὶ τὸ *Γ*, ὃν τὸ *Θ* ποτὶ τὸ *Ι*, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τούτοις, λεγέσθω δὲ τὰ μὲν *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*, *Ε*, *Ζ* μεγέθεα ποτ' ἄλλα μεγέθεα τὰ *Ν*, *Ξ*, *Ο*, *Π*, *Ρ*, *Σ* ἐν λόγοις ὁποιοισοῦν, τὰ δὲ *Η*, *Θ*, *Ι*, *Κ*, *Λ*, *Μ* ποτ' ἄλλα τὰ *Τ*, *Υ*, *Φ*, *Χ*, *Ψ*, *Ω*, τὰ ὁμόλογα ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις, καὶ ὃν μὲν ἔχει λόγον τὸ *Α* ποτὶ τὸ *Ν*, τὸ *Η* ἐχέτω ποτὶ τὸ *Τ*, ὃν δὲ λόγον ἔχει τὸ *Β* ποτὶ τὸ *Ξ*, τὸ *Θ* ἐχέτω ποτὶ τὸ *Υ*, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τούτοις· δεικτέον, ὅτι πάντα τὰ *Α*, *Β*, *Γ*, *Δ*, *Ε*, *Ζ* ποτὶ πάντα τὰ *Ν*, *Ξ*, *Ο*, *Π*, *Ρ*, *Σ* τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον, ὃν πάντα τὰ *Η*, *Θ*, *Ι*, *Κ*, *Λ*, *Μ* ποτὶ πάντα τὰ *Τ*, *Υ*, *Φ*, *Χ*, *Ψ*, *Ω*.

ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν *Ν* ποτὶ τὸ *Α* τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον, ὃν τὸ *Τ* ποτὶ τὸ *Η*, τὸ δὲ *Α* ποτὶ τὸ *Β*, ὃν τὸ *Η* ποτὶ τὸ *Θ*, τὸ δὲ *Β* ποτὶ τὸ *Ξ*, ὃν τὸ *Θ* ποτὶ τὸ *Υ*, τὸν αὐτὸν ἑξεῖ λόγον τὸ *Ν* ποτὶ τὸ *Ξ*, ὃν τὸ *Τ* ποτὶ τὸ *Υ*· διὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὸ *Ξ* ποτὶ τὸ *Ο*, ὃν τὸ *Υ*

1 ποτ' ἄλλα] scripsi, ποτι τ' αλλα A. 2 ποτ' ἄλλα] G, ποτι τα αλλα A. 6 λέγονται] EH, λεγωνται A. 13 ποτ' ἄλλα] scripsi, ποτι τ' αλλα A. 14 *Μ*] B, *Μ Ν* A. ποτ' ἄλλα] scripsi, ποτι τ' αλλα A. 16 καί] addidi, om. AB. 18 *Ξ*] *x*! B, e corr. G, *Ζ* A.

nonnullae ad alias magnitudines in quauis proportione sunt, et posteriores magnitudines rursus ad alias similiter positae in eadem proportione sunt, omnes priores magnitudines ad omnes, quae cum iis in proportione sunt, eandem habebunt rationem, quam habent omnes magnitudines posteriores ad omnes, quae cum iis in proportione sunt.

magnitudines quaedam A, B, Γ, Δ, E, Z et aliae magnitudines numero aequales H, Θ, I, K, Λ, M binae cum binis eandem habeant rationem, et sit

$$A : B = H : \Theta, \quad B : \Gamma = \Theta : I,$$

ceteraque eodem modo, et A, B, Γ, Δ, E, Z ad alias magnitudines N, Ξ, O, Π, P, Σ in quauis proportione sint, et H, Θ, I, K, Λ, M ad alias T, Υ, Φ, X, Ψ, Ω similiter positae in eadem proportione sint, et sit $A : N = H : T$, $B : \Xi = \Theta : \Upsilon$, ceteraque eodem modo; demonstrandum, esse

$$\frac{A + B + \Gamma + \Delta + E + Z}{N + \Xi + O + \Pi + P + \Sigma} = \frac{H + \Theta + I + K + \Lambda + M}{T + \Upsilon + \Phi + X + \Psi + \Omega}.$$

nam quoniam

$$N : A = T : H, \quad A : B = H : \Theta, \quad B : \Xi = \Theta : \Upsilon,$$

erit $N : \Xi = T : \Upsilon$;[1]) eodem modo concluditur etiam $\Xi : O = \Upsilon : \Phi$, ceteraque eodem modo.[2]) est igitur

1) Cum $N : A = T : H$, $A : B = H : \Theta$, erit δι' ἴσου (Eucl. V, 22) $N : B = T : \Theta$. sed $B : \Xi = \Theta : \Upsilon$; quare δι' ἴσου (Eucl. V, 22) $N : \Xi = T : \Upsilon$. conspectum huius demonstrationis dedi Quaest. Arch. p. 50—51.

2) Habebimus igitur $N : \Xi = T : \Upsilon$, $\Xi : O = \Upsilon : \Phi$,

$$O : \Pi = \Phi : X, \; \Pi : P = X : \Psi, \; P : \Sigma = \Psi : \Omega.$$

iam cum sit $A : B = H : \Theta$, erit (Eucl. V, 18) $A + B : A = H + \Theta : H$, h. e. $A + B : H + \Theta = A : H$ (Eucl. V, 16). sed ex $N : A = T : H$ sequitur (Eucl. V, 16) $A : H = N : T = \Xi : \Upsilon$ (Eucl. V, 16) $= O : \Phi$ (Eucl. V, 16) $= \Gamma : I$ (Eucl. V, 16; est enim $A : N = H : T$, $B : \Xi = \Theta : \Upsilon$, $\Gamma : O = I : \Phi$, $\Delta : \Pi = K : X$, $E : P = \Lambda : \Psi$, $Z : \Sigma = M : \Omega$, lin. 18); quare $A + B : H + \Theta = \Gamma : I$. unde (ἐναλλάξ, συνθέντι, ἐναλλάξ) $A + B + \Gamma : H + \Theta + I = \Gamma : I = O : \Phi = \Pi : X$ (Eucl. V, 16) $= \Delta : K$ (Eucl. V, 16); et eodem modo semper progredi possumus.

ποτὶ τὸ Φ, καὶ τούτοις τὰ ἄλλα ὁμοίως. ἔχοντι δὴ τὰ μὲν Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ πάντα ποτὶ τὸ Α τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἔχοντι τὰ Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ πάντα ποτὶ τὸ Η, τὸ δὲ Α ποτὶ τὸ Ν, ὃν τὸ Η ποτὶ τὸ Τ, τὸ δὲ Ν ποτὶ πάντα τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, Σ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν τὸ Τ ποτὶ πάντα τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω· δῆλον οὖν, ὅτι πάντα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ ποτὶ πάντα τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, Σ τὸν αὐτὸν ἔχοντι λόγον, ὃν πάντα τὰ Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ ποτὶ πάντα τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, Ω.

φανερὸν δέ, ὅτι καί, εἴ κα τῶν τε Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ μεγεθέων τὰ μὲν Α, Β, Γ, Δ, Ε λέγωνται ποτὶ τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ, τὸ δὲ Ζ μηδὲ ποθ' ἓν λέγηται, καὶ τῶν Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ τὰ μὲν Η, Θ, Ι, Κ, Λ



λέγωνται ποτὶ τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ, τὰ ὁμοῖα ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις, τὸ δὲ Μ μηδὲ ποθ' ἓν λέγηται, ὁμοίως πάντα τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ ποτὶ πάντα τὰ Ν, Ξ, Ο, Π, Ρ τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον, ὃν πάντα τὰ Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ ποτὶ πάντα τὰ Τ, Υ, Φ, Χ, Ψ.

3 ἔχοντι] EG, εχωντι A. **8** ἔχοντι] EG, εχωντι A. **12** λέγωνται] scripsi, λεγωτι A. **13** Ρ] *Torellius,* Ρ Σ AB. μηδὲ ποθ' ἓν] B, μηδεποθεν A. **15** Ψ] *Torellius,* Ψ Ω AB. **16** μηδὲ ποθ' ἓν] B, μηδεποθεν A. **18** Ρ] *Torellius,* Ρ Σ AB. **19** Ψ] *Torellius,* Ψ Ω AB.

$A+B+\Gamma+\varDelta+E+Z:A=H+\Theta+I+K+\varLambda+M:H$,[1]) et $A:N=H:T$ [Eucl. V, 7 coroll.], et $N:N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma=T:T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega$;[2]) adparet ergo, esse

$$\frac{A+B+\Gamma+\varDelta+E+Z}{N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma}=\frac{H+\Theta+I+K+\varLambda+M}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega}.\text{[3])}$$

et manifestum est, etiam si ex magnitudinibus A, B, Γ, $\varDelta$, E, Z magnitudines A, B, Γ, $\varDelta$, E ad N, Ξ, O, Π, P in proportione sint, Z autem in nulla proportione, et ex H, Θ,

I, K, $\varLambda$, M magnitudinibus H, Θ, I, K, $\varLambda$ ad T, Υ, Φ, X, Ψ in proportione sint, similiter positae in eadem proportione, M autem in nulla sit proportione, item esse:

$$\frac{A+B+\Gamma+\varDelta+E+Z}{N+\Xi+O+\Pi+P}=\frac{H+\Theta+I+K+\varLambda+M}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi}.\text{[4])}$$

---

1) Demonstrauimus enim p. 263 not. 2, esse $A+B+\Gamma+\varDelta+E+Z:H+\Theta+I+K+\varLambda+M=A:H$; inde ἐναλλάξ (Eucl. V, 16) sequitur proportio.

2) Nam $N+\Xi:T+\Upsilon=\Xi:\Upsilon$ (συνθέντι, ἐναλλάξ) $=O:\Phi$ (ἐναλλάξ); unde ἐναλλὰξ καὶ συνθέντι καὶ ἐναλλάξ $\frac{N+\Xi+O}{T+\Upsilon+\Phi}=\frac{O}{\Phi}$; et cetera eodem modo, donec inuenitur $\frac{N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega}=\frac{N}{T}$; tum ἐναλλάξ.

3) Nam δι' ἴσου est (Eucl. V, 22)

$$\frac{A}{N+\Xi+O+\Pi+P+\Sigma}=\frac{H}{T+\Upsilon+\Phi+X+\Psi+\Omega};$$

tum rursus δι' ἴσου sequitur proportio.

4) Prorsus eodem modo concluditur, si ratiocinatione not. 2 proposita quater pro quinquies utimur.

β'.

Εἴ κα γραμμαὶ ἴσαι ἀλλάλαις ἔωντι ὁποσαιοῦν τῷ πλήθει, καὶ παρ' ἑκάσταν αὐτᾶν παραπέσῃ τι χωρίον ὑπερβάλλον εἴδει τετραγώνῳ, ἔωντι δὲ αἱ πλευραὶ τῶν ὑπερβλημάτων τῷ ἴσῳ ἀλλαλᾶν ὑπερέχουσαι καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τᾷ ἐλαχίστᾳ, ἔωντι δὲ καὶ ἄλλα χωρία τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ, ποτὶ μὲν πάντα τὰ ἕτερα χωρία ἐλάσσονα λόγον ἑξοῦντι τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ἴσα συναμφοτέραις τᾷ τε τοῦ μεγίστου ὑπερβλήματος πλευρᾷ καὶ μιᾷ τᾶν ἰσᾶν ἐουσᾶν ποτὶ τὰν ἴσαν συναμφοτέραις τῷ τε τρίτῳ μέρει τᾶς τοῦ μεγίστου ὑπερβλήματος πλευρᾶς καὶ τᾷ ἡμισέᾳ μιᾶς τᾶν ἰσᾶν ἐουσᾶν, ποτὶ δὲ τὰ λοιπὰ χωρία ἄνευ τοῦ μεγίστου μείζονα λόγον ἑξοῦντι τοῦ αὐτοῦ λόγου.

ἔστωσαν γὰρ ἴσαι εὐθεῖαι ὁποσαιοῦν τῷ πλήθει, ἐφ' ἂν τὰ Α, καὶ παραπεπτωκέτω παρ' ἑκάσταν αὐτᾶν χωρίον ὑπερβάλλον εἴδει τετραγώνῳ, ἔστων δὲ τῶν ὑπερβλημάτων πλευραὶ αἱ Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η τῷ ἴσῳ ἀλλαλᾶν ὑπερέχουσαι, καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἔστω ἴσα τᾷ ἐλαχίστᾳ, καὶ μεγίστα μὲν ἔστω ἁ Β, ἐλαχίστα δὲ ἁ Η· ἔστω δὲ καὶ ἄλλα χωρία, ἐφ' ὧν ἕκαστον τῶν Θ, Ι, Κ, Λ, τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον ἔστω τῷ μεγίστῳ τῷ παρὰ τὰν ΑΒ παρακειμένῳ, ἔστω δὲ ἁ μὲν ΘΙ γραμμὰ ἴσα τᾷ Α, ἁ δὲ ΚΛ ἴσα τᾷ Β, καὶ τᾶν μὲν ΘΙ γραμμᾶν ἑκάστα ἔστω διπλασία τᾶς Ι, τᾶν δὲ ΚΛ ἑκάστα τριπλασία τᾶς Κ·

---

3 *παραπέσῃ*] scripsi, *παρεμπεση* A. **10** *τᾷ*] *ταις* A. *πλευρᾷ*] B, *Nizzius*; *πλευραις* A. **13** *ἡμισέᾳ*] *ἡμίσεα* G, *ημισα* A **18** *τῶν*] addidi, om. A. **22** *ἔστω*] scripsi, *η* A. *ἐφ'*] *Torellius*, om. AB. **26** *τᾶν*] *τα* A. *γραμμᾶν*] B, *γραμμα* A.

II.

Si lineae[1]) quotlibet numero inter se àequales sunt, et singulis spatium adplicatur figura quadrata excedens, lateraque spatiorum excedentium aequali differentia inter se excedunt, differentia autem minimae aequalis est, et praeterea alia spatia data sunt numero illis aequalia, magnitudine autem omnia maximo aequalia, haec spatia ad omnia spatia priora minorem rationem habebunt quam recta aequalis lateri maximi spatii excedentis et simul uni ex rectis inter se aequalibus ad rectam aequalem tertiae parti lateris maximi spatii excedentis et simul dimidiae parti unius ex rectis inter se aequalibus, ad cetera autem spatia praeter maximum maiorem rationem quam eaedem rectae.[2])

nam datae sint rectae aequales quotlibet numero, in quibus sint litterae A, et singulis adplicetur spatium figura quadrata excedens, latera autem spatiorum excedentium B, Γ, Δ, E, Z, H aequali differentia inter se excedant,



differentiaque minimae aequalis sit, et maxima sit B, minima autem H; data sint autem etiam alia spatia, in quibus singulae litterae Θ, I, K, Λ, numero illis aequalia, magnitudine autem omnia maximo spatio rectae AB adplicato aequalia sint, sit autem

$$\Theta + I = A, \quad K + \Lambda = B, \quad \text{et} \quad \Theta + I = 2\,I, \quad K + \Lambda = 3\,K;$$

demonstrandum est, omnia spatia, in quibus sint litterae

1) Scriptum esse debuit εὐθεῖαι pro γραμμαί lin. 2; cfr. lin. 16 et p. 268, 4. sed u. lin. 25, 26, p. 268, 17, 19; 270, 21.

2) Demonstrationem breuius exposui Quaest. Arch. p. 57, arithmeticam dedit Nizzius p. 157.

δεικτέον, ὅτι τὰ χωρία πάντα, ἐν οἷς τὰ Θ, Ι, Κ, Λ, ποτὶ μὲν πάντα τὰ ἕτερα χωρία τὰ ΑΒ, ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΘΙΚΛ εὐθεῖα ποτὶ τὰν ΙΚ, ποτὶ δὲ τὰ λοιπὰ ἄνευ τοῦ μεγίστου τοῦ ΑΒ μείζονα λόγον ἔχοντι τοῦ αὐτοῦ λόγου.

ἔστι γάρ τινα χωρία, ἐν οἷς τὰ Λ, τῷ ἴσῳ ἀλλάλων ὑπερέχοντα, καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τῷ ἐλαχίστῳ [ἐπεί τε τὰ παραβλήματα καὶ τὰ πλάτη τῷ ἴσῳ ὑπερέχουσιν], καὶ ἄλλα χωρία, ἐν οἷς τὰ Θ, Ι, τῷ μὲν πλήθει ἴσα τούτοις, τῷ δὲ μεγέθει ἕκαστον ἴσον τῷ μεγίστῳ· σύμπαντα οὖν τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ Θ, Ι, πάντων μὲν τῶν, ἐν οἷς τὰ Λ, ἐλάσσονά ἐντι ἢ διπλασίονα, τῶν δὲ λοιπῶν χωρὶς τοῦ μεγίστου μείζονα ἢ διπλασίονα. αὐτὰ οὖν τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ Ι, πάντων μὲν τῶν, ἐν οἷς τὰ Λ, ἐλάσσονά ἐντι, τῶν δὲ λοιπῶν ἄνευ τοῦ μεγίστου μείζονα. πάλιν ἐντὶ γραμμαί τινες αἱ Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η τῷ ἴσῳ ἀλλαλᾶν ὑπερέχουσαι, καὶ ἁ ὑπεροχὰ ἴσα τᾷ ἐλαχίστᾳ, καὶ ἄλλαι γραμμαί, ἐφ' ἃν τὰ Κ, Λ, τῷ μὲν πλήθει ἴσαι ταύταις, τῷ δὲ μεγέθει ἑκάστα ἴσα τᾷ μεγίστᾳ· τὰ οὖν τετράγωνα τὰ ἀπὸ πασᾶν τᾶν ἰσᾶν ἀλλάλαις τε καὶ τᾷ μεγίστᾳ πάντων μὲν τῶν τετραγώνων τῶν ἀπὸ τᾶν τῷ ἴσῳ ἀλλαλᾶν ὑπερεχουσᾶν ἐλάσσονά ἐντι ἢ τριπλάσια, τῶν δὲ λοιπῶν χωρὶς τοῦ ἀπὸ τᾶς μεγίστας τετραγώνου μεί-

---

14 *μείζονα*] G, *μειζον* A. **19** *ὑπεροχὰ ἴσα*] B, *υπερεχουσαι ισαι* A. **21** *ἴσα*] B, *ισαι* A. **23** *τᾶν*] scripsi, *παντων* AB, *πασᾶν Torellius*. **24** *ὑπερεχουσᾶν*] B, *υπερεχουσαι* A. ad fig. adscripsit B: spatium *tikl* in greco non erat sic diuisum sed per equalia, quod mihi videbatur esse falsum; in fig. p. 269 omnia spatia Θ, Ι, Κ, Λ aequalia in A.

Θ, I, K, Λ ad omnia spatia priora AB, $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH minorem rationem habere quam $\Theta + I + K + \Lambda : I + K$, ad reliqua autem praeter maximum spatium AB maiorem rationem quam

$$\Theta + I + K + \Lambda : I + K.$$

sunt enim spatia quaedam, in quibus litterae Λ, aequali differentia inter se excedentia, differentiaque minimo aequalis

Λ		Λ	Λ	Λ	Λ	Λ	Λ
K		K	K	K	K	K	K
I		I	I	I	I	I	I
Θ		Θ	Θ	Θ	Θ	Θ	Θ

est,[1]) et alia spatia, in quibus litterae Θ, I, numero illis aequalia, magnitudine autem omnia maximo aequalia; omnia igitur simul spatia, in quibus litterae Θ, I, minora sunt quam duplo maiora omnibus spatiis, in quibus litterae Λ, maiora autem quam duplo maiora ceteris praeter maximum [p. 260, 17]. ipsa igitur spatia, in quibus sunt litterae I, omnibus spatiis, in quibus litterae Λ, minora sunt, reliquis autem praeter maximum maiora.[2]) rursus sunt lineae quaedam B, Γ, Δ, E, Z, H aequali differentia inter se excedentes, differentiaque minimae aequalis est, et praeterea aliae lineae, in quibus sunt litterae K, Λ, numero illis aequales, magnitudine autem omnes maximae aequales; quare qua-

---

1) Quia ex hypothesi latera quadratorum excedentium inter se aequali differentia excedunt, et differentia minimo aequalis est; spatia enim Λ inter se rationem habent, quam latera illa (Eucl. VI, 1). sequentia uerba ἐπεί lin. 8 — 9 ὑπερέχουσιν subditiua esse putauerim. nam primum praue dicuntur spatia adplicata inter se aequali differentia excedere, deinde deest ἀλλάλων lin. 9, et πλάτη et ὑπερέχουσιν parum Doricae formae sunt; etiam particula τε insolito loco posita est. denique insuauiter sermonis cursum interrumpunt. neque hae offensiones coniectura facili et probabili tolli possunt.

2) Nam $\Theta = I$.

ζονα ἢ τριπλάσια· δέδεικται γὰρ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ τᾶν ἑλίκων ἐκδεδομένοις. τὰ οὖν χωρία, ἐν οἷς τὸ Κ, πάντων μὲν τῶν χωρίων, ἐν οἷς τὰ Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, ἐλάσσονά ἐστιν, αὐτῶν δὲ τῶν, ἐν οἷς τὰ Γ, Δ, Ε, Ζ, Η, μείζονα· ὥστε καὶ πάντα τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ Ι, Κ, πάντων μὲν τῶν, ἐν οἷς τὰ ΑΒ, ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ, ἐλάσσονά ἐστι, τῶν δέ, ἐν οἷς τὰ ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ, μείζονα. δῆλον οὖν, ὅτι πάντα τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ Θ, Ι, Κ, Λ, ποτὶ μὲν τὰ χωρία, ἐν οἷς τὰ ΑΒ, ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ, ΑΗ, ἐλάσσονα λόγον ἔχοντι τοῦ, ὃν ἔχει ἁ ΘΛ ποτὶ τὰν ΙΚ, ποτὶ δὲ τὰ λοιπὰ χωρὶς τοῦ, ἐν ᾧ τὸ ΑΒ, μείζονα τοῦ αὐτοῦ λόγου.

γʹ.

Εἴ κα κώνου τομᾶς ὁποιασοῦν εὐθεῖαι ἐπιψαύωντι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σαμείου ἀγμέναι, ἔωντι δὲ καὶ ἄλλαι εὐθεῖαι ἐν τᾷ τοῦ κώνου τομᾷ παρὰ τὰς ἐπιψαυούσας ἀγμέναι καὶ τέμνουσαι ἀλλάλας, τὰ περιεχόμενα ὑπὸ τῶν τμαμάτων τὸν αὐτὸν ἑξοῦντι λόγον ποτ' ἄλλαλα, ὃν τὰ τετράγωνα τὰ ἀπὸ τᾶν ἐπιψαυουσᾶν· ὁμόλογον δὲ ἐσσεῖται τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν τᾶς ἑτέρας γραμμᾶς τμαμάτων τῷ τετραγώνῳ τῷ ἀπὸ τᾶς ἐπιψαυούσας τᾶς παραλλήλου αὐτῷ. ἀποδέδεικται δὲ τοῦτο ἐν τοῖς κωνικοῖς στοιχείοις.

Εἴ κα ἀπὸ τᾶς αὐτᾶς ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς δύο τμάματα ἀποτμαθέωντι ὁπωσοῦν ἴσας ἔχοντα τὰς

2 *ἑλίκων*] scripsi, *ελικαν* A, (de) helicis B. 6 *τά* (alt.)] addidi, om. AB. 7 *τά*] addidi, om. AB. 12 *τό*] A, *τά* B, *Torellius.* *μείζονα*] B, *Torellius, μειζων* DG, *μεῖζον* EH. 19 *ποτ' ἄλλαλα*] *Torellius, ποτι τα αλλα* AB. 21 *ἐσσεῖται*] B, *επειτα* A. 22 *τῷ* (pr.)] addidi, om. A. *τετραγώνῳ τῷ*] B, *τετραγωνον το* A. 23 *τᾶς*] addidi, om. A. *παραλλήλου*] B,

drata omnium rectarum inter se et maximae aequalium minora sunt quam triplo maiora omnibus quadratis rectarum inter se aequali differentia excedentium, maiora autem quam triplo maiora reliquis praeter quadratum rectae maximae; hoc enim in eo libro, quem de helicibus edidimus, demonstratum est [prop. 10]. itaque spatia, in quibus est littera K, omnibus spatiis, in quibus sunt litterae B, Γ, Δ, E, Z, H, minora sunt,[1]) ipsis autem spatiis, in quibus sunt litterae Γ, Δ, E, Z, H, maiora; quare etiam omnia spatia, in quibus sunt litterae I, K, minora sunt omnibus spatiis, in quibus sunt litterae AB, $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH, maiora autem iis, in quibus $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH. ergo adparet, omnia spatia, in quibus sint litterae Θ, I, K, Λ, ad spatia, in quibus AB, $A\Gamma$, $A\Delta$, AE, AZ, AH, minorem rationem habere quam $\Theta\Lambda : IK$,[2]) ad reliqua autem praeter id, in quo est AB, maiorem rationem.[3])

III.

Si rectae sectionem coni qualemlibet contingunt ab eodem puncto ductae, et aliae quoque rectae in sectione coni contingentibus parallelae sunt et inter se secant, spatia partibus earum comprehensa inter se eandem rationem habebunt, quam quadrata rectarum contingentium; respondebit autem spatium partibus alterius lineae comprehensum quadrato rectae contingentis ei parallelae. hoc autem in conicis elementis[4]) demonstratum est [Apollonius, Con. III, 17].

Si ab eadem sectione coni rectanguli duo segmenta quoquo modo abscinduntur diametros aequales habentia, et ipsa

1) Nam $K = \frac{1}{2}\Lambda$; itaque $K + \Lambda = 3K$.
2) Hoc est $\Theta + I + K + \Lambda : I + K$.
3) Nam summa spatiorum Θ, I, K, Λ ad summam spatiorum I, K eam habet rationem, quam $\Theta + I + K + \Lambda : I + K$, cum basis eadem sit (Eucl. VI, 1); tum u. Eucl. V, 8. et est $\Theta + I + K + \Lambda = A + B$, $I + K = \frac{1}{2}A + \frac{1}{3}B$.
4) H. e. Elementis conicorum Euclidis, u. Studien über Euklid p. 83 sq.

παραλληλους A. *αὐτᾷ*] B, *αυτας* A. **25** *δ'* BH². **26** *ἀποτμαθέωντι*] *Torellius*, *αποτμηθεοντι* A.

διαμέτρους, αὐτά τε τὰ τμάματα ἴσα ἐσσοῦνται καὶ τὰ τρίγωνα τὰ ἐγγραφόμενα εἰς αὐτὰ τὰν αὐτὰν βάσιν ἔχοντα τοῖς τμαμάτεσσι καὶ ὕψος τὸ αὐτό· διάμετρον δὲ καλέω παντὸς τμάματος τὰν δίχα τέμνουσαν τὰς εὐθείας πάσας τὰς παρὰ τὰν βάσιν αὐτοῦ ἀγομένας.

ἔστω ὀρθογωνίου κώνου τομὰ ἁ ΑΒΓ, καὶ ἀποτετμήσθω ἀπ' αὐτᾶς δύο τμάματα τό τε ΑΔΕ καὶ τὸ ΘΒΓ, ἔστω δὲ τοῦ μὲν ΑΔΕ τμάματος διάμετρος ἁ ΔΖ, τοῦ δὲ ΘΒΓ ἁ ΒΗ, καὶ ἔστων ἴσαι αἱ ΔΖ, ΒΗ· δεικτέον, ὅτι τὰ τμάματα ἴσα ἐντὶ τὰ ΑΔΕ, ΘΒΓ καὶ τὰ τρίγωνα τὰ ἐγγραφόμενα τὸν εἰρημένον τρόπον ἐν αὐτοῖς.

ἔστω δὴ πρῶτον ἁ ἀποτέμνουσα τὸ ἕτερον τμᾶμα ἁ ΘΓ ποτ' ὀρθὰς τᾷ διαμέτρῳ τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, λελάφθω δὲ παρ' ἃν δύνανται αἱ ἀπὸ τᾶς τομᾶς, ἁ διπλασία τᾶς μέχρι τοῦ ἄξονος, καὶ ἔστω, ἐφ' ᾇ τὸ Μ, ἀπὸ δὲ τοῦ Α κάθετος ἄχθω ἐπὶ τὰν ΔΖ ἁ ΑΚ. ἐπεὶ οὖν διάμετρός ἐντι ἁ ΔΖ τοῦ τμάματος, ἅ τε ΑΕ δίχα τέμνεται κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἁ ΔΖ παρὰ τὰν διάμετρόν ἐστι τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς· οὕτω γὰρ δίχα τέμνει πάσας τὰς παρὰ τὰν ΑΕ ἀγομένας. ὃν δὴ λόγον ἔχει τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΖ ποτὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΚ, τοῦτον ἐχέτω ἁ Ν ποτὶ τὰν Μ· αἱ δὴ ἀπὸ τᾶς τομᾶς ἐπὶ τὰν ΔΖ ἀγόμεναι παρὰ τὰν ΑΕ

---

2 *αὐτά*] e corr. B, *αυταν* A. **5** *τάς* (alt.)] *Basil.*, *ταν* A. **10** *ἔστων*] scripsi, *ω̧* D, *ἔστωσαν* EGH. **14** *ἁ*] addidi, om. A. **15** *ΘΓ*] *Basil.*, *ΒΓ* AB. Ad fig. adscripsit B: in exemplari linea *dk* non secabat in duo equa lineam *ae* sed secabat eam prope *a*, et linea *ak* breuis et perpendicularis super eam, scilicet equedistans linee *gt*.

segmenta aequalia erunt et trianguli in iis inscripti eandem basim habentes, quam segmenta, altitudinemque aequalem; diametrum autem cuiusuis segmenti eam rectam uoco, quae omnes rectas basi eius parallelas in binas partes aequales secat.

sit $AB\Gamma$ sectio coni rectanguli, ab eaque abscindantur duo segmenta $A\Delta E$, $\Theta B\Gamma$, et diametrus segmenti $A\Delta E$ sit ΔZ, segmenti autem $\Theta B\Gamma$ recta BH, et sit $\Delta Z = BH$; demonstrandum est, et segmenta $A\Delta E$, $\Theta B\Gamma$ aequalia esse et triangulos in iis ita inscriptos, ut diximus.

primum igitur recta alterum segmentum abscindens $\Theta\Gamma$ perpendicularis sit ad diametrum sectionis coni rectanguli, sumatur autem recta, cui parallelae rectae a sectione ductae quadratae aequales sunt ⟨spatiis ipsa hac recta eaque parte diametri comprehensis, quam recta a sectione ducta ad uerticem uersus abscindit⟩,[1]) quae duplo maior est recta ⟨a uertice sectionis⟩ ad axem ⟨coni⟩ ducta,[2]) et sit ea, in qua est



littera M, et ab A recta AK ad ΔZ perpendicularis ducatur. iam quoniam ΔZ diametrus est segmenti, recta AE in puncto Z in duas partes aequales secatur, et ΔZ diametro sectionis coni rectanguli[3]) parallela est; ita enim omnes rectas rectae AE parallelas in binas partes aequales secat. iam sit $AZ^2 : AK^2 = N : M$; quare rectae a sectione

1) H. e. parametrus parabolae $\Gamma B\Theta$.

2) Quia antiquiores geometrae parabolam ita efficiebant, ut conum rectum et rectangulum plano lateri coni parallelo secarent.

3) H. e. axi. cfr. ZMP. XXV p. 44; p. 51 nr. 14.

δύνανται τὰ παρὰ τὰν ἴσαν τᾷ Ν παραπίπτοντα πλάτος ἔχοντα, ἃς αὐταὶ ἀπολαμβάνοντι ἀπὸ τᾶς ΔΖ ποτὶ τὸ Δ πέρας· δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς κωνικοῖς· δύναται οὖν καὶ ἁ ΑΖ ἴσον τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τᾶς Ν καὶ τᾶς ΔΖ. δύναται δὲ καὶ ἁ ΘΗ ἴσον τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τᾶς Μ καὶ τᾶς ΒΗ, ἐπεὶ κάθετός ἐστιν ἁ ΘΗ ἐπὶ τὰν διάμετρον· ἔχοι οὖν κα τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΖ ποτὶ τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τᾶς ΘΗ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ Ν ποτὶ τὰν Μ, ἐπεὶ ἴσαι ὑπέκειντο αἱ ΔΖ, ΒΗ. ἔχει δὲ τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΖ τετράγωνον καὶ ποτὶ τὸ ἀπὸ τᾶς ΑΚ τὸν αὐτὸν λόγον, ὃν ἁ Ν ποτὶ τὰν Μ· ἴσαι ἄρα ἐντὶ αἱ ΘΗ, ΑΚ. ἐντὶ δὲ ἴσαι καὶ αἱ ΒΗ, ΔΖ· ὥστε ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ τᾶν ΘΗ, ΒΗ περιεχόμενον τῷ ὑπὸ τᾶν ΑΚ, ΔΖ. ἴσον ἄρα ἐστὶν καὶ τὸ ΘΗΒ τρίγωνον τῷ ΔΑΖ τριγώνῳ· ὥστε καὶ τὰ διπλάσια. ἔστι δὲ τοῦ μὲν ΑΔΕ τριγώνου ἐπίτριτον τὸ ΑΔΕ τμᾶμα, τοῦ δὲ ΘΒΓ τριγώνου ἐπίτριτον τὸ ΘΒΓ τμᾶμα· δῆλον οὖν, ὅτι τά τε τμάματά ἐστιν ἴσα καὶ τὰ τρίγωνα τὰ ἐγγραφόμενα εἰς αὐτά.

εἰ δὲ μηδετέρα τᾶν τὰ τμάματα ἀποτεμνουσᾶν ποτ' ὀρθάς ἐντι τᾷ διαμέτρῳ τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς, ἀπολαφθείσας ἀπὸ τᾶς διαμέτρου τᾶς τοῦ ὀρθογωνίου κώνου τομᾶς ἴσας τᾷ διαμέτρῳ τᾷ τοῦ ἑνὸς τμάματος καὶ ἀπὸ τοῦ πέρατος τᾶς ἀπολαφθείσας ποτ' ὀρθὰς ἀχθείσας τᾷ διαμέτρῳ, τὸ γενόμενον τμᾶμα ἑκατέρῳ τῶν τμαμάτων ἴσον ἐσσεῖται. δῆλον οὖν ἐστι τὸ προτεθέν.

---

1 *Ν*] *Torellius*, *Μ* AB. 7 *ἔχοι οὖν κα*] scripsi, *εχοι και* A, habebit et B. 18 *τε*] addidi, om. A. 22 *διαμέτρῳ*] B, *μησ* A. 23 *διαμέτρου*] *Torellius*, *μετα* AB. 24 *τᾷ* (alt.)] scripsi, *τας* A.

ad $\varDelta Z$ ductae rectae AE parallelae quadratae aequales sunt spatiis ad rectam rectae N aequalem adplicatis latitudinem habentibus eas rectas, quas ipsae a $\varDelta Z$ ad punctum $\varDelta$ uersus abscindunt; hoc enim in conicis demonstratum est;[1]) itaque

$$AZ^2 = N \times \varDelta Z.$$

sed etiam $\Theta H^2 = M \times BH$, quoniam ΘH ad diametrum perpendicularis est [Apollonius, Con. I, 11];[2]) itaque

$$AZ^2 : \Theta H^2 = N : M,$$

quia ex hypothesi $\varDelta Z = BH$. sed etiam

$$AZ^2 : AK^2 = N : M;$$

